HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ GENTIS ANGLORUM LIBRI V.

A Venerabili BEDA PRESBYTERO *scripti; tribus præcipuè MSS. Latinis, à mendis haud paucis repurgati:*

Ab Auguſtiſsimo veterum *Anglo-Saxonum* Rege ALUREDO (*ſive* ALFREDO) *examinati; ejúſque paraphraſi* Saxonicâ *eleganter explicati; tribus nunc etiam MSS. Saxonicis collati:*

Unà cum annotationibus, & analectis è publicis Veteris ECCLESIÆ ANGLICANÆ HOMILIIS, aliiſque MSS. Saxonicis, hinc indè excerptis, nec anteà Latinè datis:

Quibus in calce operis Saxonicam Chronologiam, *ſeriem hujus inprimis Hiſtoriæ complectentem, nunquam antea in lucem editam, nunc quoq; primò Latinè verſam contexuimus:*

Opera hæc ferè omnia *Saxonica* hactenus in archivis recondita, nunc demum in Reipublicæ Literariæ uſum deprompta

E BIBLIOTHECA PUBLICA *CANTABRIGIENSI.*

---

1. THES. 5. 22.

Πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε.



CANTABRIGIÆ:

¶ Excudebat ROGERUS DANIEL, celeberrimæ Academiæ *Typographus.* MDCXLIII.

DEO TRI-UNI,

ECCLESIÆ ANGLICANÆ,

ACADEMIÆ CANTABRIGIENSI,

Anglo-Saxonicam Historiam veterem & doctrinam: utramque Ecclesiasticam:

Hactenus inchoatam, postmodùm adspirante Deo, perficiendam, locupletandámque; supplex & humilis dicat, consecrátq;

A. W.



¶ Ad Nobilia & Præclara Sidera ACADEMIÆ CANTABRIGIENSIS

Ad Nobilissimum
D. HENRICUM *HOLLANDIÆ* Comitem,
Cancellarium ejus Honoratissimum:

Et ad Reverendissimum in Christo Patrem
RADULPHUM, D. *Episcopum* EXON.
Aulæ *Katharinæ* integerrimum Præfectum,
& Academiæ Procancellarium
prudentissimum:

Nec non Reverendos Collegiorum Rectores, Doctores, Publicos Professores, Magistros, & reliqua scientiarum lumina.

TErtium jam propè lustrum excurrit, (Honoratissime Cancellarie, Reverendissime Procancellarie, Patres, viriq; Academici) ex quo publicæ vestræ Bibliothecæ cura, mihi demandata fuit. Accessere mihi postmodum in hac vestra provincia philosophanti, à Mecœnatibus literarum necessitudines aliæ; & apud vos à tenuitate mea obeunda munera; nempe à munificentissimo cive, & nunc quidem Senatore prudentissimo *Londinensi*, D. *Thoma Adamsio*, post triennium *Arabica* prælectio; atque denuo post decennium ab inchoato Librario officio, linguæ, & historiæ *Ecclesiasticæ Britanno-Saxonum*, in Academia vestra explicandæ, procuratio; eáq; mihi destinata à viro nobili, nunc, non sine detrimento literarum hac in terris vita defuncto; Antiquissimæ, dum vixerat, literaturæ, & fidei, D. *Henrico Spelmanno*; & (quod mè aliàs huic

 oneri

oneri planè imparem, plurimùm confirmavit,) sub auspiciis *Reverendissimi Armachani*, totius *Hiberniæ* primatis, qui *Londino* huc ad majora Comitia *Cantabrigiam* veniens, voluntatem pii & inclyti senis Reverendissimo D. Procancellario, & Collegiorum Præfectis consultissimis, qui in Collegio *Sydniano* unà
* Ann. 1640. aderant*, explicuit; mihique ipse Præsul amplissimus *Saxonica Evangelia* auditoribus, ex idiomate *Saxonum* antiquo aperienda tunc quidem proposuit. Absit igitur ut integerrimi Herois exemplum, & vota prorsus exciderent, aut respub. literaria ingratâ reticentiâ, injuriam pateretur. Sed dum recolo liberaliores hasce mentis & industriæ occupationes à vestris primò suffragiis profectas esse, continuò in mentem mihi subit oportere me, specimen aliquod gratitudinis quantillumcunque, idque de thesauris antiquitatum vestris, tersum ab annoso pulvere, expolitúmque vobis offerre. Possim quidem optare, vidisse me, inter tot mihi concreditos literarum principes, hujus vestræ canitiei passim decantatæ, (ex quo fieri cœpit Christia-
* pag. 147. na,) autorē *Sigebertum Christianissimum*, & *doctissimum, Angliæ Orientalis, cujus nos pars magna sumus, Regem: eundem autē
* pag. 207, 208. & [a]Regem, & [b]Monachum, & [c]Martyrem*; ut ex scriptore uno trinos quidem; alterum [a]*Rectorem*, [b]alterum *Doctorem*, [c]*Hortatorem* alterum, potuissem vobis commendare. Verùm *Sigeberto* nostro à monasterio suo in prælium contra *Pendam* nequissimum vicinæ Merciæ tyrannum, à suis quantumvis contrà renitente, distracto; & in bello, inermis cùm esset monachus, cæso; atque hinc libros, huic veterrimæ *Scholæ* suæ, & vobis delegandi, abreptâ occasione; apparuit mihi demum inter codices manuscriptos *Alfredus*, veterum Anglorum sive Saxonum Rex; *Venerabilis Bedæ* monachi historiæ elegantissimus paraphrastes: in quo, ut & in *Sigeberto* nostro, & rex, & monachus, Saxo uterque, illibatam antiquitatem, lectione insuper, & fide vestrâ dignam, mihi exporrexit. Sunt qui memoriæ mandarunt, Ven. *Bedam Grantæ* hujus nostræ studuisse; quanquam quod
* pag. 492. lin. 16. me angit, ipse *Beda* cum hac sententia pugnare videtur: sunt qui affirmant Regem *Alfredum* sororem *Academiam Oxonii* inchoasse; suadet nobis, & persuadet charitas sororia, ut celeberrimæ illius *Academiæ* satorem, constituamus Regem; eúmque, quem nunc in lucem edimus, *Alfredum*; virum per omnia,

omnia, excepto duntaxat martyrio, *Sigeberto* nostro parem: dissuadet verò utriusque dispar vetustas; nè dum tantum *Academiæ Oxoniensis* Regio honori per *Alfredum* rectè tribuamus, tantundem quoque de ejus antiquitate, æquè illi charâ, atq; hujus nostræ nobis, iniquè minuamus. Abeant sororum rixosæ lites. Sufficit *Heroinis* quòd monachus *Beda* utramque *Historicè*; utramque autem rex *Aluredus Saxonicè* doceat.

Annotationes quas operi passim intexuimus, haud ausim usque adeò pertinaciter defendere; verùm quæ ex antiquæ Romano-Saxonicæ Ecclesiæ testimonio deprompta, doctrinam *Catholicam*, propugnaverint, annon à vobis summo delectu (Academici) fovenda sunt? vobis præstabunt antiquitatem quæ crimen novitatis eluet: præstabunt veritatem, si accusatores sibi constare velint, hæresis expultricem: præstabunt consensum, quæ nostram cum grandæva matre *Ecclesia* communionem prolixè monstrant.

Legenda sunt quidem majorum monumenta; secernenda tamen est fides *Catholica*, à privatis paucorum ineptis somniis quæ legentibus occurrunt; & perpaucorum, si cum toto mundo conferantur, perversa dogmata. Hujusmodi *incerta* (inquiunt ipsi *Tridentini) *vel quæ specie falsi laborant, evulgari, & tractari non permittant* Episcopi, *ea verò quæ ad curiositatem quandã, aut superstitionem spectant, vel turpe lucrum sapiunt, tanquam scandala, & fidelium offendicula prohibeant*. Si hoc per totam doctrinæ ipsorum *Ecclesiasticæ* seriem obtinuisset consilium; & fides ubique loci refulsisset *Catholica*; & pax *Catholica* comes veræ fidei, longè latèque refloruisset.

* *Sessione nona.*

Chronologiam Saxonicam à me vobis, totique doctorum choro Latinè datam, si per otium lustrare visum erit, & lucubrationes hasce meas pensitare, non desperabo fautores vos mei in Academiam hanc vestram studii, & officii adfuturos: neque dubium erit mediocritatem meam vestræ rei librariæ, summâ, quâ potui, anxietate; & reipubl. literariæ vestræ, summâ quâ semper debui, observantiâ consuluisse.

Honoris, & Celebritatis vestræ studiosissimus,

ABRAHAMUS WHELOCUS.

A 3





¶ Ad Senatorem prudentissimum, Historiarum callentissimum, prælectionis Arabicæ CANTABRIGIÆ Patronum,

D. THOMAM ADAMSIUM,

Mecœnatem meum semper colendissimum.



Um munificentia tua (Prudentissime Senator) Arabicis studiis in Academia nostra alendis, propensa & copiosa; antiquitates quoque Patrias provexerit; Puto equidem easdem literas aut piam gratitudinis frugem, & sementem tibi adjutori facere oportere; aut philosophiam, quam docere illas, nostræ consentaneam promittimus, inanem prorsus umbram præ ferre fateamur: iisdem ergò literis, quibus per te institutionis meæ tantùm autorem, & solatii, post Deum, solum parentem, nos profecimus; gratias tibi, quas possimus, maximas, licèt meritis tuis impares, refundimus. Nec mireris Saxonicas musas pro sororiis Arabicis hoc tibi gratitudinis præstare officium; dum ab Arabicis, cùm hoc, quòd hic in præsenti opere supersint; tum quoque quòd pro Saxonibus suis, majoribus nostris & nobis dicere possint, acceperint beneficium: Illæ quoque huic Genti Patriæ & vernaculæ, id à Typographo ad propagandas literas nato, citò didicerant; quod peregrinæ Arabum dictiones, ob indigentiam characterum, nondum assequi potuerunt: festinarunt verò ante septennium retrò, aut id circiter temporis, ad specimen edendum: sed defuit tunc quidem nobis Typographia; nè dicam Typographis, reipubl. literariæ gratificandi studium: sed Philarabes expectent longè limatiora ab egregiis viris Edowardo Pocoko, Johanne & Thoma Gravesio *Oxoniensibus: neque aio me hanc mihi à talibus viris palmam præreptam patienter ferre; sed id in gratiam boni publici triumphare seriò, et victoribus honorem, quem merentur justum, gratulari. Magnam septennii quod effluxit partem consumpsi Saxonum nostrorum*

rum

rum inquirendo monumenta; eorúmque vetus idioma veritatis et pacis Catholicæ magistram perquirendo; nè nobilissimi viri, et in his studiis monitoris mei honoratissimi, τȣ͂ μακαρίτȣ D. Henrici Spelmanni *antiquitatum nostræ Gentis instauratoris eximii, consilio defuissem. Fateantur literati, quî fidem Catholicam à dogmaticis, scepticis, & politicis speculationibus distinguere noverint, annon talia doceant Academiarum, & illustrium virorum penetralia; in quibus omnes Catholici, nisi qui bellonæ ætatem litare studuerint, unanimes conquiescerent. Nec nobis incommodum erit, nè dum tu nos hac luce orientali illustrare satagas, nos contrà, (ni antiquitatum nostrarum lumina ancillando interfuerint) eandem aut caliginis occiduæ nostræ nebulis obscurari, aut tenebris deleri patiamur. Impensas tu musis utrisque apertâ manu, &, quod summum est, exporrectâ fronte largiris: appensas hasce gratitudinis tabulas, musæ Orientales juxtà, & Occidentales nostræ, quas in tristissimis etiam rebus alere contendis honori Gentis, & familiæ vestræ dicare, certatim moliuntur.*

Virtutum tuarum,

veríq; honoris nunquam intermorituri,

observantissimus,

Abrahamus Whelocus.



❡ *Ad Lectorem.*



HAbes hîc, Lector ingenue, BEDÆ historiam *Saxonico-Latinam*, cujus neutra pars antea in Britannia typis mandata fuit: opus mihi tui causâ millies optatissimum; tibi hodie, ut spero, gratissimum; *Saxonicum* opus in archivis quidem vetustissimum, at in luce doctorúmque omnium conspectu planè novum: Paraphrasis *Saxonica* Regem *Aluredum* magnum sapit; illum *Danorum* victorem, illum pacis Ecclesiæ, populíque sui veteris Anglicani sive Saxonici Doctorem, *Pastorúmque pastorem*: sacram nempe Scripturam magnâ ex parte, & S. *Gregorii* * Pastoralia, librosque alios in linguam *Saxonicam* Rex eleganter comptéque transtulit: hominem scias si mentem ejus divinitùs inspiratam contempleris, non obstante morte, immortalem. A *Rege* ergò accipe historiam *Venerabilis Bedæ*; si Regi pientissimo, & veteri Ecclesiæ, & Monachis anagnostis diffidere nefas sit, nullibi malefidam: multis in locis eloquentiâ Regis excelsâ atque aulicâ, prudenter illustratam: tribus codicibus *Saxonicis* fideliter collatis; Altero quem omnino præcipuè sequimur, bibliothecæ publicæ *Cantabrigiensis*; altero Collegii *Corporis Christi*, sive *S. Benedicti Cantabrigiensium*; tertio denique nobilissimi, & ultra merita mea, & mei & hujus operis faventissimi, *D. Thomæ Cotton* Equitis aurati, filii & hæredis famigeratissimi D. *Ro. Cotton* antiquitatum nostrarum vindicis, custodis, conservatoris: ejusdem historiæ textum *Latinum* Rege *paraphrastâ* dignum, ex adverso vides, & legis: ut cùm *Saxonicè* intelligere, tum quoque scire historicè (Lector) possis, apposui: tribus quoque codicibus *Latinis*, altero florentissimi Musarum omnium apud *Cantabrigienses* Athenæi, *Collegii Trinitatis*; altero reverendissimi *Doctoris Ward* Macaritæ, Collegii *Sidniani Cantabrig.* integerrimi Præfecti; hujus operis fautoris eximii, hominis super omnē eloquentiam doctissimi, pientissimi; qui hoc anno non sine bonorum luctu *Cantabrigiæ* diem suum obiit: Tertio nobilissimi D. *Thomæ Cotton* equitis aurati: Atq; his tribus acuratissimâ, quâ fieri potuit, diligentiâ comparatis: Sed ingenii hac in re meritò curiosi sciscitari erit (quod & per typographum nuncium fidelem mihi demonstrandum proposuit Reverendissimus & amplissimus *Armachanus*, totius *Hiberniæ* primas;) quo autore evincendum, hanc Regi *Aluredo* paraphrasin *Saxonicam* debere nuncupari. *Willielmus* * *Malmesburiensis* de gestis Regum *Anglorum* testis locuples erit: *Plurimam partem* (inquit) *Romanæ bibliothecæ Anglorum auribus dedit R.* Aluredus; *opimam prædam peregrinarum mercium, civium usibus convectans; cujus præcipui sunt libri,* Orosius, Pastorale Gregorii, Gesta * Anglorum Bedæ, Boethius de consolatione Philosophiæ, *liber proprius quem patria linguâ* handboc, *id est, manualem librum appellavit.* Rem verò confirmat Saxonica * Ecclesia.

IIII. IDUUM MARTII SCI. GREGORII PAPÆ URBIS ROMANÆ INCLYTI.

Maniga halige bec cyþað hiſ drohtnunge. ⁊ hiſ halige lif. ⁊ eac hiſtoria Anglorum þa þe Ælfred cyning of Ledene on Englisc aƿende. hoc est, *Multi sacri libri conversationem S. Gregorii, vitámque ejus sanctam testantur: necnon Anglorum historia; quam* * *ALFREDVS Rex de sermone Latino in Anglicanum vertit.* Nemo hîc in opere *Saxonico* à me petat, Quis sit V. *Beda*, mundo notissimus; aut cujas; qualis vitæ; quorum operum autor esset; an *Alcuinum Caroli Magni* præceptorem, (unde manavit celebre *Parisiorum* studium,) idem *Beda* discipulum necne habuerit: Quærat, qui scire velit, de his Balæum, Bellarminum, Pitsæum, aliósque autores, qui antiquitatem gentis *Saxonicæ* pinxerunt; quorum *Beda* magister disertus est. Clarissimus *Malmesburiensis* multa de suis *Bedæ* tribuit; multa *Rogerus* de *Hoveden*, *Ethelwerdus*, *Florilegus Westmonasteriensis*, multa; haud pauca *Florentius Wigorniensis*; *polychronicon Ranulfi Higden*, quem *Cestrensem* dicimus, nisi magister præivisset *Beda*, in antiquissimis aut mutum aut nullum fuisset. *Richardus Chichestrensis* in speculum historiale suum quantum potuerat, ex hoc fonte, ad guttas ferè singulas, deprompsit. *Simeon Dunelmensis* Ecclesiæ suæ *Lindisfarnensis* & *Dunelmensis*, fundamento caruisset, si *Beda* hic noster operi defuisset: Taceo reliquos haud paucos.

Historicum opus, commentationes historicas desiderat: has, si Reverendissimi Armachani Britannicarum Ecclesiarum primordia (quibus quid addere conari, esset Iliadas post Homerum scribere) ad manum habeas, ex illis pete: horum indicium erit

* *Vide præfat. R. Aluredi ad Wulfsigum Episcopum in Past. Gregor. MS. Biblioth. Publ. Cantabr. Vide Asserium Menevensem.*

* *Lib. 2. de gestis Regum Anglorum.*

* *Nota.*

* *Serm. Cath. MS. Sax. Bibl. Publ. Cantabr. pag. 300.*

* *Nota.*

ut in marg. pag. 26, 27, 28. & in notis pag. 29. passimque in opere.

RR. *Armach.** oræ libri appositum. Ego quidem operi Saxonico, Ecclesiastico, ubi doctrinæ hodie disputatæ occurrunt, commentationes adjeci doctrinarum; Saxonicas nempè, & vel maximè Ecclesiasticas: ex ipsis Ecclesiæ sermonibus ad populum depromptas: nec displicebunt doctis; licèt specimina quæ dedi, totum homiliarum opus non complectantur: Pauca hactenus exhibui, & quæ in his angustiis rerum potueram; quæque & veritas, & pax Catholica flagitare videantur. His omnibus Chronologiam Saxonicam egregiam, & veterem è duobus MSS. nempe Biblioth. Collegii Benedictini Cantabrig. & nobilissimi D. Cotton, cum versione mea calci operis attexui.

Deo immortales gratias lubens profiteor qui bibliothecæ *Cantabrigiensis* publicæ custodiam Academicorum virorum suffragiis mihi immerenti concessit. Cujus archiva, ni fallor, ut & *Oxonii*, si cum sacris illis *Ecclesiarum* cathedralium penetralibus, & nobilium virorum archivis, parùm adjuventur, controversias graviores quæ *Ecclesiam* vexarunt, absque strepitu dirimerent. Sed ad tale munus in tam illustri *Academia* obeundum me non tam adduxit ambitio mea, quàm clarissimorum virorum in me studia & voluntates.

Acerbitas communis nostri casûs, summis viris, nè verbis quidem patitur, quod factis ut præstarem jubet pietas, gratias agere. Hinc mihi emersit munificus candor nobilissimi D. *Henr. Spelmanni*, qui pro incredibili suo in antiquitates excolendas studio, huc *Cantabrigiam* veniens, unà cum viro doctissimo, Antiquitatum Saxo-Britannicarum callentissimo M^ro^. *Jeremia Stephano*, petiit Bibliothecam; quique Concilia *Britannica* in lucem editurus, me sæpe ut anagnostâ, at sæpiùs ut discipulo, usus est. Accessit postea & hoc; Ut *Heros* me huic muneri præsenti non illiberali quidem commendaverit; ut & legendo *Saxonicè* in *Academia*, & libros *Saxonicos* publici juris faciendo, antiquitates *Saxonicas* nostras, & linguam *Saxonicam* quasi è postliminio restituerem. Quamvis non deerant in avorum nostrorum memoria, cœnobitæ in agro *Devoniensi Tavestokienses*, qui, (nè *Saxonica* lingua, *Normannis* qui huc venerant illam corrumpentibus, exolesceret,) prælectiones in monasterio *Saxonicas* instituerunt: nè (quod evenit, inquit Cl.* *Camdenus*) hujus linguæ cognitio intercideret. Hoc ipsum monasterium memorat unus è cod. MSs. Bibliothecæ publicæ nomine *Homiliarum* 34. notus, viz. *Hunc Codicem cum altero consimili reperit* R. Farrar *servus Comitis* Bedfordiæ *in domo quondam cœnobio Monachorum de* Tavestock *in* Devonshire, *Anno* 1566. Monachis his *Tavestokiensibus* proximè successerunt magni literarum Patroni; D. *Matthæus Parkerus*, Cantuariensis Archiepiscopus, Ædium *Corporis Christi* apud nos dudum Magister; qui ut providus *Catholicæ* fidei propugnator, codices MSs. *Saxonicos* quantivis pretii, è ruderibus monasteriorum erutos, in *Cantabrigiensem* bibliothecam publicam, & privatam Collegii *Corporis Christi* olim sui, asservandos reposuit. Cui & in seculo nostro *Metropolitanus* alter in hoc genere, ut in singulis perfectissimus, successit; *Reverendissimus Armachanus* totius *Hiberniæ* Primas: præsulis autem *Cantuariensis* vestigia premebant viri celebres; *Caius* noster verè inclytus, *Antiquitatis* nostræ strenuus assertor: clariss. *Lambardus*, *Lelandus*, *Balæus*, *Jo. Foxius* Martyrologus: & in ætate nostra, inter jurisconsultos, Honoratissimus D. *Edowardus Cocus*, egregius Doctor *Cowellus*, scientissimus *Tatus*: inter historicos *Magnus Camdenus*; & quem honoris causâ nuncupare gestio, omni literarum genere instructissimus vir, in Senatu hodie pro *Academia Oxoniensi* Burgensis Orator D. *Jo. Seldenus*: Gratus nominabo clariss. *Wilhelmum** *Lislæum*; cujus legendis lucubrationibus multùm puto me profecisse. Nobiliss. D. *Ro. Cotton* D. *Thomæ*, pater inclytus; divinus ille antiquitatum nostrarum ærarius: D. *Christophorus Hatton*, literarum omnium, nostrarum inprimis assiduus cultor & patronus: nec non D. *Simondsius D'ewesius*, quem Antiquitatum nostrarum verè nuncupes domicilium: D. *Johannes Spelmannus*, D. *Henrici* filius primogenitus; qui non ità pridem Psalmos *Saxonicos* in lucem emisit; vir acerrimi Judicii, comptissimi ingenii, probatissimæ morum suavitatis; qui non sine justo dolore meo, hoc anno, *Oxonii* inter serenas Musas animam efflavit.

*Cambden in *Denshire, sive Devonia.*

D. H. Spelman *ad Lector. in Concil.*

* vulgò *Lile.*

Exteri quoque antiquitates nostras *Saxonicas* perscrutantur præclari autores; Clariss. *Gerardus Vossius* dudum *Leidensis*, hodie *Amstelodamiensis*: & clariss. *Joh. Laetius Leidensis*, (D *Hen. Spelmanni* amicus intimus,) uterque *Saxonicè* accuratè norunt. Si liceret alios conjecturâ persequi; mirum, si *Danicarum* antiquitatum instaurator cl. *Olaus Wormius*, Professor *Hafniensis*, vetus nostrum *Saxonicum* idioma, cum *Runica* literatura sua grandæva commiscuisse non delectaverit. Et D. *Patricius Junius*, Serenissimæ Regiæ Majestati fidelis Bibliothecarius, vir inclytus; alter inter nos *Casaubonus*, ut Latinas, sic & patrias literas cum *Græcis* conjunxisset.

Redeamus

Redeamus jam ad *Coryphæum* nostrum D. *Henricum Spelmannum*; hujus in *Academia* nostra eruditionis facilè principem. Qui licèt ipse senex propè octogenarius, senio & studiis confectus esset, & moriendi cupidus, has tamen literas, quas vivus amabat, nunquam esse voluit emorituras; quin hîc in *Academia Cantabrigiensi* futuras Deo, musis, atq; æternitati sacras. Hinc de censu suo annuo, mihi mineval annuum (præter Ecclesiasticum *Middeltoniæ* citra *Lin-Regis* beneficium, quod mihi per amicum suum, M. *Th. Thorowgood* Theologum verè eximium, in præsenti Britannorũ presbyterio consultissimum significaverat) in literas hasce, sive publicè legendo, sive codices MSS. in lucem edendo, promovendas designavit. Atquî ille *Heros* opera, quibus *Ecclesia* nostra carere posse nullo modo censenda est, splendidè quidem inchoata, at, quo nescio infortunio, aut seculi ingratitudine, imperfecta nobis reliquit; *Glossarii* partem alteram; partémque secundam & tertiam Conciliorum. Strenuè modò se agant, qui *Conciliorum* nostrorum gnari esse cupiunt; atque exinde, missis incertis, fidem *Catholicam* commentatione veterum, & nostrorum, illustrare volentes, vires suas conferant: respiret *Ecclesiasticæ* historiæ nostræ callentissimus, & cupientissimus adornandæ M. *Jeremias Stephanus*; cujus hortatu (ut ipse *Heros* mihi recensuit) D. *Henricus* concilia nostra divulganda aggressus est. *Mecænates* erogandis sumptibus non deerunt, neque hodie quidem desunt. Nobilissimus Dominus *Bathoniæ* Comes, Honoratissimus Legatus ad illustrissimos ordines *Hollandiæ*, D. *Wilhelmus Boswellus*, fautor hujus operis maximus; equites aurati, viri inclyti, à suis electi Burgenses *Senatores*, D. *Christophorus Hatton*, cujus ut publicam animam scias, bibliothecam locupletissimam in usum *Theologorum* viciniæ suæ, aliorúmque, pretio suo congessit: D. *Simondsius D'ewesius*, peregrinorum, quos doctos, & probos, non hebetes & impolitos noverit, hospes munificus. Tales patroni, cum innumeris aliis, nè in magna nomina annumeranda ambitiosus viderer, antiquitatibus nostris provehendis læti accurrent: non sibi nati, sed Ecclesiæ: opera MSS^a^. D. *Henr.* penes sunt virum nobilem, jurisprudentiâ & autoritate judiciariâ inclytum, D. *Radulfum Whitfeldum*, quocum ætatem suam suaviter agebat Heros; quíque D. *Henrici* filiam, Heroinam & spectatissimam, & prudentissimam, uxorem duxit. Utriusque favore, opinor, aditus in sacra nobilissimi Herois penetralia patebit. Nec deerit operi Rev. D^r^. *Wattesius*, *Sax.* hist. & linguæ propagator.

Sed ad provinciam meam redeo; Frustra me aut consilia, aut munera nobilis Herois D. *H. Spelm.* movissent, si non permovisset antea *Saxonismi* necessitas; ejúsq; haud paucæ & in Repub. & in divisa Ecclesia utilitates, atq. jucunditates; fidei *Catholicæ*; fixæ, immutabiles nulli temporum iniquitati obnoxiæ demonstrationes; quas si in rebus turbidis, (missis privatorum hominum commentis,) premerent oratores, novæ cicatrices non adeò recrudescerent; quin potiùs membra ejusdem corporis Christi nunc disceptando divisa, tunc quidem, *Catholicam* doctrinam Christianis omnibus ubique gentium semper concessam demonstrando, coalescerent: fratres Christiani de religione nunc in perniciem fidei & charitatis altercantes, tunc eadem matre Ecclesia præeunte, veteri sc. *Anglicana*, usq; ab incunabulis instituti, in mutuum studium redirent. Vetus enim Ecclesia Anglicana eandem *Christi* fidem; eandem maternæ charitatis necessitudinem *Britannis* universis naturali & materno jugo, suis quidem filiis, invicem fratribus, premit, urget, imperat.

Occurrunt, fateor, veteribus legendis nostris incredibilia historiarum portenta. Quid hæc ad fidem *Catholicam*? prudens Lector non dubitabit *sceptica* quævis, *dogmatica* incerta, & alia (quę ob inopiam sermonis *Technica* dixeris,) ad piam docentis fraudem, discentísque credulitatem spectantia, & similia id genus, quæ forma *Catholicæ* fidei non admittit, à doctrina *Apostolica* discriminare.

Ariadnæ filum Index in fine satis locuples in multis erit: experire modò in vocibus *Invocatio*, *Petrus*, & *Petra*, *Sacramenta*, *Transubstantiatio*, *Scriptura*, *Oratio*, *Missa*, *Purgatorium*: in his quidem gustum præbemus; fontes, si Deus pacem & otium dedisset, copiosiores, Sermones Catholicos Saxonicos, & *Lexicon Saxonicum* editurus aperuissem.

Typographiam quod attinet; Quę inter Saxonica monumenta minusculis characteribus imprimuntur, post vocem *NOTÆ*, scias non esse Bedæ verba; sed Latinam Saxonicarũ antiquitatum versionem meam: meam quoq; versionem majoribus typis in chronologia datam. Memineris insuper *B.* notare *MS.* Benedictini Collegii, sive Corporis Christi Cantabr. *C. MS.* nobilis viri D. Thomæ Cotton. *T. MS.* Collegii Trinitatis Cantabr. *W. MS.* R. Doctoris Ward Cantabr. *Deest Sax.* margine inscri-

ptum, notat Saxonici interpretis silentium. [ ] talibus ſeptis incluſa in codice Lat. Bedæ, non docent locum, aut vitio, aut ſuſpicione laborare; ſed Regem Aluredum Saxonicè iſthæc non vertiſſe. Sed Lector diligens, plura iiſdem repagulis claudenda, legendo comperiet.

Saxonicæ Homiliæ viz. Sermones Catholici pro Eccleſia veteri Anglicanâ inprimis, quandocunque doctrinam noſtram propugnaverint, nullo modo à Romanenſibus rejiciantur; ſi conſtanter affirmaverint, Eccleſiam Romano-Catholicam, (quæ noſtram particularem itâ inſtituit) in fundamentis fidei errare non potuiſſe: Nos verò cuncta veterum dogmata, offucias, & πυχνήδρια non defendimus. Serm. Cath. & Homilias Sax. reliquas, viz. Hom. 34. & Hom. 51. tres codices diſtinctos eſſe intelligas; quos in archivis Biblioth. Publ. Cantabrig. conſulere oportet. Cæteros, & qui, atq; ubi ſint, ſuis locis deſignavi. Indicem, ſi rerum noſtrarum perturbatio ſpatium dediſſet, dediſſem ego juxtà quidem, & locupletiorem, & multò perfectiorem. Doleo, quòd ſub voce *Monaſterium*, Scripturarum lectioni veteres Monachos naviter incubuiſſe non ſignificaverim: Tu legendo adverte, & ſupple: namq; alienâ operâ in Indice permultùm uſus ſum.

Errata in hoc opere minima, proclive mihi eſt pro maximis habere: quæ, non ſine anxietate & mea & indefeſſi Typographi, qui impenſas nunquam ſibi pœnitendas erogavit, graviora inveneram, nec ut tibi noceant, néve te offendant, operam navavi.

Lector ingenue, vale; & mihi in hoc opere, partim meâ, partim aliorum incogitantiâ multoties erranti favere digneris, humilis obteſtor. Errata poſt finem, indigna quippe ante finem aliquo loco, favens videto: in tantum incommodum reſarciendum, elementis his & regulis haud contemnendis utere.

Elementa Sax. quæ à Lat. differunt.

ꝺ	ꝼ	ᵹ	ꞃ	ꞅ	ꞇ	ƿ	ẏ	Ð	ð	þ	ꝥ	⁊
d	f	g	r	ſ	t	w	y	Th	th	th	th[illegible]	and

Regulæ Sax.

Ge, *otioſum ſæpe eſt; non eſt* ὁ, ἡ, τὸ, *nam etiam & verbis præponitur.* **ge** *&* **ge** *ſæpius ut* cùm *&* tum : *ut*, **ge lare ge bysne**, cùm vitâ tum exemplo.

Nomina. **God**, Deus, **god**, bonus. *Gen. utriſque in* **es**, **godes**, dei, boni: *ſed Dat. nomin. Adject. utriuſque numeri* **godum**, bono, bonis: **gode**, deo; **godum**, diis. *Accuſ.* **God**, Deum: *ſed Accuſ. Adject. fit à Nom. per additionem* **ne**, *ut* **godne**, bonum. *Gen. plur. in* **a**, *ut* **goda**, deorum: *ſed nominis Adject. in* **ra**, *ut* **godra**, bonorum, bonarum, -- *Accuſ. in* **as**, *& ſæpe in* **a**, *ut pag. 1. lin. 19, 20.*

ealdra manna cwidas ⁊ dæda.
veterum hominum dicta factáque.

Adjectiva ſic comparantur, **rihtwisa, rihtwise, rihtwisra**, juſtus, a, um; **rihtwisere**, juſtior & juſtius; **rihtwisosta, ste, ste**, juſtiſſimus, ma, mum.

Sangere, cantor; **sangystre**, cantrix.

Patronymica: ut **Elesing**, Eleſides *vel* filius Eleſæ. *Vide plura pag. 5. l. 25.*

Gentilia in **isc.** *ut* **Romanisc**, Romanus; **Lundenisc**, Londonenſis; **Grantbrisc**, Cantabrigienſis.

Pronomina. **Ic**, Ego; **me**, me; **fram me**, à me; **we**, nos; **ure**, noſter; **us**, nobis, nos.

Thu, Tu; **thin**, tuus, a, um, tibi; **the**, te; **eala thu**, ô tu; **ge**, vos; **eower**, veſter, a, um, vobis; **eow**, vos; **eala ge**, ô vos.

His, Sui; **him**, ſibi; **hine**, & **hine silfne**, ſeſe.

He, Ille; **his**, illius, ſuus; **him**, illi, illis; **hine**, illum; **hig**, illi, illæ, illos; **heora**, illorum, illarum--. **heo**, illa; **hyre**, illius.

That, Illud; **thæs**, illius; **tham**, illi; **tha**, illa; **thæra**, illorum; **tham**, illis.

Thes, Iſte; **thises**, iſtius; **thisum**, iſti, iſto, iſtis; **thisne**, iſtum; **thas**, iſti, iſtos; **thissera**, iſtorum.

This, iſta, & iſtud; **thises**, iſtius; *ut in maſc.*

Thes, theos, this, hic, hæc, hoc; **thises** *vel* **thissere**, hujus; **thisum**, huic; **thisne, thas, this**, hunc, hanc, hoc; **thas**, hi, hæ, hæc.

Se, seo, thæt, is, ea, id; **thæs**, ejus; **tham**, ei. *Plur.* **tha**, ea; **thæra**, eorum; **tham**, eis.

He sylf, *vel* **se ylca**, ille ipſe; **heo sylf**, *vel* **seo ylce**, ipſa.

Min, minre, min, meus, mea, meum.

Thin, tuus, tua, tuum; **thines**, tui.

Urne, ure, ure, noſter, noſtra, noſtrum; **hwa, hwylc, hwylc**, quis, & qualis, *&c.* quæ, quod; **hwæs**, cujus; **hwam**, cui; **hwylcne**, quem; **hwylcum**, quo, quibus. **Swa hwa, swa hwylc**, quicunque, quæcunque, quodcunque.

Verba Activa ſecund. perſ. ſing. in **ast, est**: *tertia in* **th, d, de.** *Plur. in* **th, don**, *nunc in* **ath.** *&c.*

Infinitivus deſinit in **an**, *vel* **anne**, *ut* **gelufian**, amare; **to gelufigenne**, amandus; *Gerund.* **to lufigenne**, amandi; **lufigende**, amando; **to lufigende**, amandum.

Paſſiva à verbo Sum *adjutantur*; *ut* **Ic eom gelufod**, Ego amor; **thu eart, he is, we synd, ge synd, hig synd.** Eram, **Ic wæs, thu wære, he wæs, we wæron, ge wæron, hig wæron.** Ero, **Ic beo, thu bist, he bith, we beoth, ge beoth, hig beoth.** Es eſto, **si thu, si he.** Eſſe, **beon.**

Si tamen libri excuſi ab his paululùm varient, nè te perturbet; modò ex iſtis adjuteris.

Verbis præponuntur nomina, aut pronomina expreſſè, **Ic, thu, he,** *&c.* *Reliqua docebit facilis obſervatio.*

Vitam

Vitam Venerabilis BEDÆ autor incertus MS. Coll. Ben. *num.* 41. *partim à BEDA ipso, partim à discipulo quodam suo Cuthberto descriptam, nobis reliquit; viz.*

Incipit vita Venerabilis BEDÆ Presbyteri.



VEnerabilis Domini famulus Beda, Presbyter & monachus, natus est in provincia Northan-hymbrorum, in territorio monasterii Apostolorum *Petri* & *Pauli*; quod est ad *Weremuthe* & *Ingiruum*, anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo septuagesimo septimo, qui est annus secundus solitariæ vitæ Beatissimi Patris Cuthberti; in quod monasterium curâ propinquorum, cùm esset septem annorum, datus est educandus Reverendissimo Abbati Benedicto; ac deinde Ceolfrido, anno scil. decimo postquam idem monasterium Sancti *Petri* Apostoli fundatum est; ex quo autem Sancti *Pauli* monasterium fuerat inceptum, anno tertio: quæ utraque monasteria tantâ pace, & concordiâ, & eâdem familiaritate, & fraternâ societate fuerant conjuncta, ut, sicut ipse Beda postea describit, pro uno in duobus locis posito, haberentur monasterio: unde in * *Historia Anglorum* unius mentionem faciens, *Monasterium*, inquit, *Petri & Pauli, quod est ad ostium* Wiri *amnis, & juxta amnem Tynæ in loco qui vocatur* Ingiruum.

* *Vide hic pag* 492. *lin.* 16,17.

Hic itaque infantulus bonæ spei, & divinâ & seculari literaturâ diligenter imbuitur; quandoque sancti Spiritûs organum futurus, quo ejus præcordia irradiante, in sanctæ universalis Ecclesiæ munimentum plurimos in Novi & Veteris Testamenti expositionem libros erat compositurus. Et cùm in Latina erudiretur lingua, Græcæ quoque peritiam non mediocriter percepit; quippe per id temporis, in monasterio præfato deditus erat studio, quando Theodorus Archiepiscopus, & Adrianus Abbas (qui literis sacris simul & secularibus abundanter ambo erant instructi,) peragratâ totâ Britanniâ, congregantes discipulorum* catervam, scientiæ salutaris quotidie flumina irrigandis eorum cordibus emanabant: ità ut etiam Metricæ artis, Astronomiæ, & Arithmeticæ Ecclesiasticæ disciplinam, inter sacrorum apicum volumina, suis auditoribus contraderent. Hic, viz. Beda, in extremo quidem mundi angulo vivens latuit; sed post mortem, per universas mundi partes, omnibus in libris suis vivens, innotuit: in quibus, terrarum regionúmque diversarum situs, naturas, qualitates subtiliter, ac si cuncta ipse peragrasset, plerúmque describit. Cùm ab infantia in monasterio nutritus, totam ibidem usq; ad evocationis suæ diem, vitam transegerit: nè verò quisquam aliud, quàm est, de illo nos dicere suspicetur, ipsius de semet ipso dicta congruum subjungere videtur: * *Ego*, inquit, *Beda, famulus Christi & Presbyter monasterii beatorum Apostolorum* Petri & Pauli *quod est ad* Weremuthe & Ingiruum, *natus in territorio ejusdem monasterii; cùm essem annorum septem, curâ propinquorum datus sum*

* *pag.* 254.

* *pag.* 492.

edu-

educandus Reverendissimo Abbati Benedicto; ac deinde Ceolfrido: cunctùmque ex eo tempus vitæ in ejusdem Monasterii habitatione peragens, omnem meditandis *SCRIPTURIS *operam dedi; atque inter observantiam disciplinæ regularis & *quotidianam cantandi in Ecclesia curam, semper aut* DISCERE, *aut* DOCERE, *aut* SCRIBERE *dulce habui. Nonodecimo autem vitæ meæ anno, Diaconatum; tricesimo gradum Presbyteratûs, utrumque per ministerium Reverendissimi Episcopi Johannis, jubente Ceolfrido Abbate, suscepi. Ex quo tempore accepti presbyteratûs, usque ad annum ætatis meæ quinquagesimum nonum, hæc in Scripturam sanctam, meæ, meorúmque necessitati, ex opusculis venerabilium* *patrum breviter annotare, sive etiam ad formam sensûs, & interpretationis eorum supradicere curavi.*

* Nota. * Nota. * Nota.

IN principium Genesis usque ad nativitatem Isaac, & electionem Israelis libros tres.

De tabernaculo & vasis ejus, ac vestibus sacerdotum, libros tres.

In primam partem Samuelis, id est, usque ad mortem Saulis, libros quatuor.

De ædificatione Templi allegoricæ expositionis, sicut & cætera, libros duos.

Item in Regum, librum triginta quæstionum.

In Proverbia Solomonis, libros tres.

In Esdram & Neemiam, libros tres.

In Cantica Canticorum, libros sex.

In canticum Abacuch librum unum.

In librum beati patris Tobiæ, explanationis allegoricæ de Christo & Ecclesia, librum unum.

Item capitula lectionum in Pentateuchum Mosis, Josuæ, Judicum.

In libros Regum, & verba dierum.

In librum beati Patris Job.

In parabolas, Ecclesiasten, & Cantica Canticorum.

In Isaiam Prophetam, Ezram quoque & Neemiam.

In Evangelium Marci, libros quatuor.

In Evangelium Lucæ, libros sex.

Homiliarum Evangelii, libros duos.

In Apostolum, quæcunque in opusculis Sancti *Augustini exposita inveni, cuncta per ordinem transcribere curavi. * Nota.

In Actus Apostolorum, libros duos.

In epistolas canonicas, libros singulos.

In Apocalypsin S. Johannis, libros tres.

Item capitula lectionum in totum Novum Testamentum, excepto Evangelio.

Item librum epistolarum ad diversos, quarum de sex ætatibus seculi una est.

De mansionibus filiorum Israel, una.

Una de eo quod ait Isaias, *Et claudentur ibi in carcere, & post dies multos visitabuntur.*

De ratione bissexti, una. De æquinoctio juxta *Anatholium, una. *l. Anatolium

Item

Item de historiis sanctorum, librum vitæ & passionis sancti Felicis Confessoris, de metrico Paulini opere, in prosam transtuli.

Librum vitæ & passionis S. Anastasii, malè de Græco translatum, & pejùs à quodam imperito emendatum, prout potui, ad sensum correxi.

Vitam S. Patris monachi simul & antistitis Cudberti, & priùs heroico metro, & postmodum plano sermone descripsi.

Historiam Abbatum monasterii hujus, in quo supernæ pietati deservire gaudeo, Benedicti, Ceolfridi, & Huberti in libellis duobus.

Historiam Ecclesiarum nostræ Insulæ ac Gentis, in libris quinque.

Martyrologium de natalitiis Sanctorum martyrum diebus, in quo omnes quos invenire potui, non solum quâ die, verùm etiam quo genere certaminis, vel sub quo Judice mundum vicerint, diligenter annotare studui.

Librum hymnorum de diverso metro sive rhythmico.

Librum Epigrammatum heroico, seu elegiaco.

De natura rerum & de temporibus, libros singulos.

Item de temporibus, librum unum majorem.

Librum de Orthographia, alphabeti ordine distinctum.

Item de metrica arte, & huic adjectum alium, de schematibus, sive tropis libellum, hoc est, de figuris modísque locutionum, quibus Scriptura sancta contexta est.

Cùm ergò hos libros pervigili studio edidisset, obiit septimo kalendarum Junii *Ingiruæ*; ibíque sepultus est: sed post multa annorum curricula, ossa illius indè translata, & cum incorrupto sanctissimi Patris Cuthberti corpore sunt collocata: transiit autem ipsâ die solenni assensionis Dominicæ, cujus nos transitum meliùs verbis ipsius scribendum putamus, qui ejus discipulus vocabulo Cuthbertus præsens affuit, ad condiscipulum taliter scribens.

D*ilectissimo*, inquit, *in Christo collectori Cuthwino, Cuthbertus condiscipulus in Deo æternam salutem. Munusculum quod misisti multùm libenter accepi, multùmq; gratanter literas tuæ devotæ eruditionis legi; in quibus, quod maximè desiderabam,* **missas viz. & orationes sacrosanctas pro Deo dilecto Patre nostro ac magistro* BEDA, *à vobis diligenter celebrari reperi; unde delectat magis pro ejus charitate (quantùm fruor ingenio) paucis sermonibus dicere, quo ordine migravit è seculo, cùm etiam hoc te desiderasse & poscere intellexi. Gravatus quidem est infirmitate maximâ creberrimi anhelitus, sine dolore tamen, ante diem Resurrectionis Dominicæ, id est, ferè duabus hebdomadibus; & sic postea lætus, & gaudens, gratias agens omnipotenti Deo omni die & nocte, imò horis omnibus usque ad diem Afscensionis Dominicæ, id est, septimo kal. Junii vitam ducebat, & nobis suis discipulis quotidie* **lectiones dabat, & quicquid reliquum erat diei in Psalmorum decantatione occupabat, totam quoque noctem in lætitia & gratiarum actione pervigil ducebat, nisi tantùm modicus somnus impediret: evigilans autem statim consueta repetivit, & expansis manibus Deo gratias agere non desiit; ô verè beatus vir! Canebat sententiam Beati Pauli Apostoli,* Horrendum est incidere in manus Dei viventis; *& multa alia de Scripturis sacris, & in nostra quoque lingua, hoc est Anglicana, ut erat doctus in nostris carminibus, nonnulla dixit; nam & tunc hoc dictum Anglico sermone componens multùm compunctus aiebat,* Ante necessarium exitum prudentior, quàm opus fuerit, nemo exsistit ad cogitandum: *viz. hinc antequam proficiscatur anima, quid boni vel mali egerit; qualiter post exitum judicanda fuerit.*

* *vide citra finem.*

* *vide infrà.*

Cantabat

Cantabat etiam Antiphonas secundùm nostram consuetudinem, & sui; quarum una est; O Rex gloriose, Domine virtutum, qui triumphatus hodie super omnes cœlos asscendisti; nè derelinquas nos orphanos; sed mitte promissum Patris in nos, Spiritum veritatis: Allelujah. *Et cùm venisset ad illud verbum,* nè derelinque nos, *prorupit in lacrymas & multùm flevit, & post horam cepit repetere quod inchoaverat, & nos hoc audientes luximus cum illo. Alterâ vice legimus, alterâ ploravimus, imò semper cum fletu legimus. In tali lætitia quinquagesimales dies usque ad diem præfatum, deduximus; & ille multùm gaudebat; Deóque gratias agebat, quia sic meruisset infirmari. Referebat & sæpe dicebat,* Flagellat Dominus omnem filium quem recipit. *Et multa alia de sacra Scriptura; Sententiam quoq; S. Ambrosii,* Non sic vixi ut me pudeat inter vos vivere; sed nec mori timeo, quia bonum Deum habemus. *In istis autem diebus duo opuscula multùm memoriâ digna (exceptis lectionibus quas accepimus ab eo & cantu psalmorum) facere studebat; Evangelium scil. S. Johannis in nostram linguam ad utilitatem Ecclesiæ convertit; & de libris notarum Isidori Episcopi exceptiones quasdam, dicens,* Nolo ut pueri mei mendacium legant, & in hoc post obitum meum sine fructu laborent. *Cùm venisset autem tertia feria ante asscensionem Domini, cæpit vehementiùs ægrotare in anhelitu; & modicus tumor in pedibus apparuit; totum autem diem illum diem ducebat, & hilariter* dictabat, & nonnunquam inter alia dixit:* Dicite cùm festinatione, nescio quàm diu subsistam, & si post modicum tollat me * factor meus. *Nobis autem videbatur quod suum exitum bene sciret; & sic noctem in gratiarum actione pervigil duxit. Et mane elucescente, id est, quartâ feriâ, præcepit diligenter scribi quæ cæperamus: & hoc facto usq; ad tertiam horam* ambulavimus cum reliquis sanctorum, ut consuetudo illius diei poscebat: unus erat ex nobis cum illo qui dixit illi:* Adhuc, Magister dilectissime, capitulum unum deest; videturne tibi difficile plus te interrogari? *at ille,* Facile est, *inquit;* Accipe tuum calamum & tempera; & festinanter scribe. *Quod ille fecit: nonâ autem horâ dixit mihi,* Curre velociter & Presbyteros nostri monasterii adduc ad me, *& allocutus est unumquemq;, monens & obsecrans pro eo* missas & orationes diligenter facere, quod illi libenter spoponderunt; lugebant autem & flebant omnes, maximè quòd dixerat,* Quia ampliùs faciem ejus in hoc seculo non essent visuri: ** gaudebant quod dixit,* Tempus est ut revertar ad eum qui me ex nihilo firmavit: multum tempus vixi bene; mihi pius judex vitam meam prævidet: tempus resolutionis meæ instat, quia cupio dissolvi & esse cum Christo: *sed & alia multa locutus, in lætitia diem usque ad vesperum duxit; & præfatus puer dixit;* Adhuc una sententia, Magister dilecte, non est scripta: *at ille,* Scribe, *inquit,* citò. *Post modicum dixit puer:* Modò sententia descripta est: *at ille;* Bene, *inquit,* veritatem dixisti: Consummatum est. Accipe meum caput in manus tuas, quia multùm me delectat sedere ex adverso loco sancto meo in quo orare solebam, ut & ego sedens patrem meum invocare possim, & in pavimento suæ casulæ decantem, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Cùm* Spiritum Sanctum *nominasset, spiritum è corpore exhalavit ultimum; ac sic regna migravit ad** CŒLESTIA: *omnes autem qui vidêre Beati Patris obitum, nunquam se vidisse ullum alium in tam magna devotione atque tranquillitate vitam finivisse dicebant. Quia sicut audisti, quousque anima in corpore fuit,* Gloria Patri, *& alia quædam spiritualia expansis manibus Deo vivo & vero gratias agere non cessabat. Scito autem, frater charissime, quod multa narrare possem de eo; sed brevitatem sermonis ineruditio linguæ facit.* Explicit vita Venerabilis Bedæ Presbyteri. Ex MS. Coll. Ben. Cantabr.

* *V. Beda jam moriens discipulis suis dictabat.*

* *Creator scil.*

* *Ambarvalia,* the Gang week: *vel Perambulatio Christiana, gentilium lustrationum expultrix.*

* *Missæ pro V. Beda faciendæ. vide infrà.*

* *Certitudo salutis suæ V. Bedæ fuit.*

* *Ergò, quid opus missâ, nisi ut pro salute V. Bedæ gratias agerent. vide pag.* 164. *&* 192. *&* 297.



Gloriosissimo Regi CEOLVVLPHO, *BEDA Famulus CHRISTI & Presbyter.

Versionem hanc Saxonicam Regis ALUREDI, utpote in initio operis valde spinosam, & plùs solito à verbis venerabilis BEDæ deflectentem; sic ad verbum in gratiam studiosorum harum antiquitatū Latinè dedimus.

IC Beda Cristes Þeow ⁊ * Mæsse Preost sende gretan. Done leofestan Cyning ⁊ halestan Ceolwulf. ⁊ ic þe sende þæt spell þæt ic niwan awrat be Angel þeode. ⁊ Seaxum. ðe sylfum to rædanne. ⁊ on emtan to smeageanne. ⁊ eac on ma stowa to writanne ⁊ to læranne. ⁊ ic getreowige on ðine geornfulnysse forþon þu eart swyðe gymende. ⁊ smeagende ealdra manna cwidas ⁊ dæda. ⁊ ealra swiþost þara * mærena wera ure þeode; Forþon þis gewrit oððe hit god sagað be godum mannum ⁊ se þe hit gehyreþ he onhyreþ þam. oððe hit yfel sagaþ be yfelum mannum. ⁊ se þe hit gehyreð. he flyhþ þæt ⁊ onscunaþ. forþon hit is god gode to herianne ⁊ yfelne to leanne. þæt se gehereo se þe hit gehyre (gif se oþer nolde.) hu wurþ he elles gelæred; For þinre þearfe. ⁊ for þinre þeode ic þis awrat. forþon ðe God to cyninge geceas þe gedafenaþ þine þeode to læranne. ⁊ þæt þy læs tweoge hwæðer þis soð sy;

*mærra manne. *MS.* Ben.

Ic cyðe hwanan me þas spell coman. ærest me wæs fultumiend ⁊ lareow se arwurþa Abbad Albinus se wæs wide gefaren. ⁊ gelæred. ⁊ wæs betst gelæred on Angel cynne. swy-

Historiam gentis Anglorum Ecclesiasticam, quam nuper edideram, libentissimè tibi desideranti Rex & priùs ad legendum ac probandum transmisi, & nunc ad transscribendum ac plenius ex tempore meditandum retransmitto. Satisq; studium tuæ sinceritatis amplector, quo non solùm audiendis Scripturæ Sacræ verbis aurem sedulus accommodas, verumetiam noscendis priorum gestis sive dictis, & maximè nostræ gentis, virorum illustrium curam vigilanter impendis. Sive enim historia de bonis bona referat, ad imitandum bonum auditor solicitus instigatur: seu mala commemoret de pravis, nihilominus religiosus ac pius auditor sive lector, vitando quod noxium est ac perversum, solertius ad exequenda ea quæ bona ac Deo digna esse cognoverit, accenditur. Quod ipsum tu quoque vigilantissimè deprehendens, historiam memoratam in notitiam tibi simul & eis quibus te regendis divina [a]præfecit autoritas, ob generalis curam salutis latiùs [b]propagari desideras. Ut autem in his quę scripsi vel tibi, magnanime [c]Rex, vel cæteris auditoribus sive lectoribus hujus historiæ, occasionem dubitandi subtraham, quibus hæc maximè autoribus didicerim, breviter intimare curabo.

Autor ante omnes atq; adjutor opusculi hujus [1] Albinus Abbas, reverendissimus vir per omnia doctissimus extitit. Qui in Ecclesia Cantuariorum à beatæ memoriæ Theodoro Archiepiscopo &

Ego Beda famulus Christi, & missæ sacerdos, mitto congratulationem gloriosissimo Regi & salutem CEOLVVLPHO, ad te quoque mitto illam historiam quam nuper scripseram de Anglicana gente & Saxonica, tibimet ipsi legendam juxtà & meditandam, atq; insuper in plura loca postquam transcripta fuerit transmittendam, & ediscendam: confido insuper in fervore tuo, quoniam valde solicitus es & meditabundus, de veterum hominum dictis factisq;, & omniū maximè, magnorum virorum nostræ gentis: propterea hæc historia, aut bonum refert de bonis hominibus (& quicunq; illā audit ipse & illos quoque audit) aut malum refert de malis hominibus (& quicunque illam audit, is fugit id, vitátq;) propterea bonum est bonos laudare, & malos declinare, ut quicunq; fuerit is qui hoc audierit (quamvis alter quis respuerit) quomodo erit ille aliàs edoctus? pro tua necessitate, tuæque gentis, ego hoc scripsi. Quoniam te Deus in Regem elegit, te oportet gentem tuam docere; atque ut ob id minùs dubitet, utrùm hoc verum sit.

Ego narrabo unde mihi hæc historia obvenerit: primus mihi adjutor fuit, doctórque, ille venerabilis Abbas Albinus, qui longè profectus est, doctúsque, quique optimè eruditus in historiis Anglicæ

ðorst he me ræde of Đeodo-
res gemynde· se wæs biscop
on Cantwara byrig· ⁊ Adria-
nus Abbud forþon he swy-
ðost wæs mid him gelæred·
eall ꝥ he on Cantwara mægþe
⁊ eac on þam þeodlandum þe
þær to gedeodde wæron eall
þæt he oððe ongewritum oð-
ðe on ealdra manna sægenum
ongeat oððe fram leorning
cnihtum þæs eadigan Papan
sce Gregories þa he me ealle
ða þe gemynd * wurðe wæron
þurh Noðhelm ðone æfestan
Mæsse Preost on Lunden by-
rig. oððe hine to me sende.
oððe on stafum awrat ⁊ me
sende fram fruman þyssa bo-
ca· oð ða tid þe Angel cyn
Cristes geleafan onfeng of
ealdra manna sægenum oð þas
andweardan tid· swyðost we
* geleornodon ꝥ we her wri-
tað. ⁊ of leorning cnihtum
þæs eadigan Papan sce Grego-
rius under hwilcum cyninge ꝥ
ðonne geworden wæs· þurh
Albinus myngunge þæs Ab-
budes * ðurh Noðelmes
ærende ⁊ gesægene. swyðe fe-
la hi me sædon fram gehwyl-
cum biscopum· ⁊ hwylcum cy-
ninga tidum East Seaxe ⁊
West Seaxe· ⁊ East Engle· ⁊
Norðan Humbre. wære gife
onfengon Cristes geleafan.
þurh Albinus swiðost. ic ge-
ðristlæhte ꝥ ic dorste þis
weorc ongynnan. ⁊ eac mid
Danieles þæs arwurðan West
Seaxna biscopes· se nu gyt
lifigende is fela he me sæde
ymbe Suð Seaxe. ⁊ embe West
Seaxe· ⁊ eac ymbe * Wiht þæt
igland· swiðost he me sende

* ðe to cyþanne wæron. B.

* gelysdon ⁊ geleornedon. B.

* ⁊ þurh Norðhelmes. B.

* wiht land. B.

Adriano Abbate viris venerabilibus atq; eruditissimis instituti, diligenter omnia quæ in ipsa Cantuariorum provincia vel etiam in contiguis [d] ejusdẽ regionibus à discipulis beati Papę Gregorii gesta fuere, vel monimentis literarũ vel seniorum traditione cognoverat, ea mihi de his quę memoriâ digna videbantur, per religiosũ Londinensis Ecclesiæ presbyterum [a] Nothelmũ, sive literis mandata, sive ipsius Nothelmi vivâ voce referenda, transmisit. Qui videlicet Nothelm⁹ postea Romam veniens, nonnullas ibi beati Gregorii Papę simul & aliorum Pontificum epistolas, perscrutato ejusdem Sanctę Ecclesię Romanę scrinio, permissu ejus qui nunc ipsi Ecclesiæ præest [e] Gregorii Pontificis, invenit. Reversúsq; nobis nostræ historiæ inserendas cum consilio prȩfati Albini reverendissimi patris attulit. A principio itaque voluminis hujus usq; ad tempus quo gens Anglorum fidẽ Christi percepit, ex priorum maximè scriptis hinc inde collectis ea quæ [g] promem⁹, didicimus. Exinde autem usque ad tempora præsentia, quæ in Ecclesia Cantuariorum per discipulos beati Gregorii Papæ, sive successores eorum vel sub quibus Regibus gesta sint memorati Abbatis Albini industriâ, Nothelmo, ut diximus, [h] perferente, cognovimus: Qui etiam provinciâ Orientalium Saxonum simul & Occidentalium, necnon & Orientalium Anglorum atq; Nordan Hymbrorum à quibus prȩsulibus vel quorum tempore Regum gratiâ Evangelii perceperint, nonnulla mihi ex parte prodiderunt. Deniq; hortatu præcipuè ipsius Albini, ut hoc opus aggredi auderẽ, provocatus sum. [3] Daniel quoque reverendissimus Occidentalium Saxonum Episcopus, qui nunc usque superest, nonnulla mihi de historia Ecclesiastica provincię ipsius,

funditate *diluere velimus. Omnipotens Creator per divinam potentiam suam angelos creavit, & pro justitia sua magna proprium illis arbitrium dedit, ut in æterna felicitate per obedientiam permanere potuissent: possentque etiam felicitatem illam perdere: non per fatum, sed per inobedientiam. Justitia Dei profunda, in neutrum illos* cogere voluit, at proprium illis arbitrium donavit, *quoniam hoc justitiæ est, ut cuilibet proprium arbitrium permittatur. Aliàs enim Dei justitia ablata foret, si illos ipse ad servitium suum vi flecteret, vel si eosdem in malitiam impelleret: tunc Angelorum quidam proprium arbitrium suum pervertebant, & per superbiam se in dæmonia execrabilia constituebant; deinde, cùm gloriosus & omnipotens Creator genus humanum fecisset, tunc Adamo & Evæ* proprium arbitrium donavit, *ut per obedientiam semper in æternitate immortales cum felicitate fruituri, ii totáq; soboles permanerent, tum per inobedientiam mortales fierent: at postquam Dei mandatum transgressi fuerint, & diaboli execrabilis præcepto auscultaverint, tum facti mortales reique illi & omnes posteri* ARBITRIO PROPRIO *evaserant. Et quamvis postea genus humanum misericordiam nunquam magis consecutum esset quàm ipsa dæmonia, tamen justitia Dei esset omnino irreprehensibilis; at denuo magna Domini nostri misericordia per humanitatem suam nos liberavit, si præceptis ejus cum toto corde obsequi velimus. Revera, qui nunc* PROPRIO ARBITRIO *& diaboli impulsu deum relinquunt, illos relinquit Deus exitio æterno. Exactè novit omnipotens Creator, priusquam creaturas fecisset, quid esset futurum: scivit is distinctè cùm angelorum tum hominum electorum*

gecorenra engla. ge gecorenra manna. ⁊ eac þæra modigra gasta. ⁊ arleasra manna þe ðurh heora arleasnysse forwurþaþ ac he ne forestihte nænne to yfelnysse. forþan þe he sylf is eall godnyss. ne he nænne to forwyrde ne gestihte. forþan þe he is soþ lif; He forestihte þa gecorenan to ðam ecan life. forþan þe he wiste hi swilce towearde þurh his gife. ⁊ agene gehyrsumnysse; He nolde forestihtan þa arleasan to his rice. forþan þe he wiste hi swilce towearde þurh heora agene forgægednysse. ⁊ þwyrnysse; Healdaþ þis fæste on eowrum heortum. þ se Ælmihtiga ⁊ se rihtwisa God nænne man ne neadaþ to syngigenne ac he wat swa ðeah on ær hwilce þurh agenne willan syngian willaþ; Hwi ne sceol he ðonne rihtlice wrecan þ yfel þ he onscunaþ; He lufaþ ælc god ⁊ rihtwisnysse forþan ðe he is gecyndelice god ⁊ rihtwis. ⁊ he hataþ ealle þa þe unrihtwisnysse wyrcaþ. ⁊ þa fordeþ þe leasunge sprecaþ; Witodlice þa ðe on God belyfaþ. hi sind þurh þone halgan Gast gewissode; Nis seo gecyrrednyss to Gode of us sylfum. ac of Godes gife. swa swa se Apostol cwyþ. Ðurh Godes gife ge sind gehealdene on geleafan; Ða þe ne gelyfaþ þurh agenne cyre hi scoriaþ. na ðurh gewyrd. forþan ðe gewyrd nis nan ðing buton leaswena. ne nan þing soþlice be gewyrde ne gewyrþ ac ealle ðing þurh Godes dom beoþ geendebyrde. se ðe cwæþ ðurh his witegan. Ic afandige manna heortan. ⁊ heora lendena. ⁊ ælcum sylle æfter his færelde. ⁊ æfter his agenre afundennysse; Ne talige nan man his yfelan dæda to God. ac talige ærest to ðam deofle þe mancyn beswac. ⁊ to Adames forgægednysse. ac ðeah swyþost to

spirituúmq; superborum numerum, & hominum etiam improborum; qui improbitate propriâ intereunt: *verum ille neminem ad* * *malitiam prædestinat, quoniam ipse universa bonitas est, neque aliquem ad interitum destinavit, quoniam vita vera existit.* * *Electos prædestinavit ad æternã vitam, propterea quod* * NOVIT ILLE QUALES PER GRATIAM IPSIUS, & obedientiam propriam futuri essent. *Noluit improbos ad regnum ipsius prædestinare; noverat enim quales essent futuri* transgressione propriâ & perversitate: *firmum hoc cordibus vestris tenete Omnipotentem justúmq; Deum neminem ad peccandum** COGERE; *antea tamen noverat quinam* sponte suâ *peccare vellent.* Quare ergò nequitiam istam *quam fugit justè ulscisci haud debuit? Bonitatem ille universam & justitiam amat, quia bonus* NATURA *& justus est, oditque omnes qui injustitiam perpetrant*, quíque loquuntur mendacium perdit: *Revera qui in Deum credunt per Spiritum sanctum edocti sunt.* Conversio ad Deum non est A NOBISMETIPSIS, SED A GRATIA DEI; *sicut ait Apostolus:* * PER GRATIAM DEI salvati estis in fide. *Qui autem non credunt, proprio arbitrio pereunt, non per fatum: fatum enim nihil aliud est præter figmentum falsum: nihil enim per fatum factum est; quin universa res Dei judicio ordinata est, qui per prophetam suum inquit,* Ego scrutor cor hominum, suósque renes; & unicuique do juxta viam suam, & juxta inventionem suam. *Nemo nequitiam suam* * *Deo imputet, quin magìs diabolo (qui humanum genus decepit) & transgressioni Adami, imò vel sibi potissimùm imputet; quia peccatum*

R. Davenant. De supralapss. p. 74. l. 11. & 85. lin 6. & 97. l. 18.

* *Non ait,* Deum eligere ex præscientia obedientiæ propriæ, *sed* jam ELECTOS, ad vitam prædestinavit, propterea quòd novit &c.

* *Novit* πρακτικῶς *R. Davenant. ibid. p 60. l. 19. & 62. l. itâ hic* PER GRATIAM, &c.

* *R. Davenant. ibid. p. 29. l. 21. p. 83. lin. 38. p. 95. l. 20. & 96. l. 21.*

* Eph. 2. 5. 8.

Jer. 17. 10.

* *Vide R. Davenant. Jo. Calvini vindicem. 96. 97. 99.*

him

him sylfum ꝥ him yfel gelicaþ. ⁊ ne licað God ⁏ Bið ðeah gelome ofsprincg forscyldegod. ðurh forþfædera mandæda gif he mid yfele him geefenlæhþ⁏ Gif þonne se ofspring rihtwis bið. þonne leofaþ he on his rihtwisnysse. ⁊ næfre hwon his yldrena synna ne aberþ⁏ Ne sy nan man to ðan arleas. ꝥ he Adam ƿyrige. oþþe Euan þe nu on heofenum mid Gode rixiaþ. ac geearnige swiþor Godes mildheortnysse. swa ꝥ he ƿende his agenne cyre to his scyppendes gehyrsumnysse ⁊ bebodum. forþan þe nan man ne biþ gehealden butan þurh gife hælendes Cristes. þa gife he gearcode. ⁊ forestihte on ecum ræde ær middan geardes gesetnysse ⁏ Mine gebroþra ge habbaþ nu gehyred be þan leasan ƿenan. þe ydele men gewyrd hataþ⁏

illi Deo autem minimè placuit. Soboles tamen per progenitorum flagitia, rea subinde facta est; si illos malitiâ * *imitati fuerint: quin si posteri justi fuerint, tum in justitia sua vivunt, & parentum peccata nunquam portabunt. Nè quis tam improbus sit, ut Adamum aut Evam execretur, qui nunc in cœlis cum Deo regnant; verùm potiùs divinam misericordiam promereatur, ità ut proprium arbitrium ad obedientiam Creatoris sui, ejúsque præcepta convertat.* Propterea quòd nemo hominum salutem, nisi PER GRATIAM JESU CHRISTI consequitur, quam gratiam in æterno consilio suo, ante mundi constitutionem præparavit, & prædestinavit. *Fratres mei, jam de figmento falso, quod vani homuli* fatum *vocant, accepistis.*

* Sax. *æquaverint.*

Se getigeda assa ⁊ his fola getacniaþ twa folc. ꝥ is Iudeisc. ⁊ hæþen⁏ Ic cweþe hæþen. forþi þe eall mennysc wæs ða gyt wunigende on hæþenscipe buton þam anum Iudeiscan folce. þe heoldon þa ealdan æ on þam timan⁏ Hi wæron getigede forþan þe eall mancyn wæs mid synnum gebunden swa swa se Witega cwæþ. Anra gehwylc manna is gewriþen mid rapum his synna. ða sende God his Apostolas ⁊ heora æftergengan to gebundenum mancynne. ⁊ het hi ontigan. ⁊ to him lædan⁏ Hu untigdon hi ðone assan ⁊ þone folan? Hi bododon ðam folce rihtne geleafan. ⁊ Godes beboda. ⁊ eac mid micclum wundrum heora bodunge getrymdon⁏ Ða abeah ꝥ folc fram deofles þeowdome to Cristes bigengum ⁊ wæron alysede fram eallum synnum þurh ꝥ halige fulluht ⁊ to Criste gelædde⁏ Assa is stunt nyten. ⁊ unclæne. ⁊ toforan oþrum nytenum ungesceadwis.

Ligatus asinus & pullus populos duos, Judaicum scilicet & Gentilem significant; Gentilem dico, quoniam totum genus humanum in Gentilismo adhuc permansit; excepto solo populo Judæorum, qui legem veterem hoc tempore servabant: Hi erant ligati, quoniam totum humanum genus peccatis devinctum fuit, sicut Propheta dixit: Unusquisq; hominum funibus peccatorum suorum constringitur; *tunc Deus Apostolos suos, eorúmque successores ad humanum genus ligatum misit, jussitq; ut solvant, & ad illum ducant. Quomodo* solvebant *Asinum illum pullúmque?* Rectam illi fidem Deiq; mandata populo prędicabant; *nec non miraculis multis prædicationem suam corroborabant: tunc populus iste à servitute diaboli ad cultum Christi convertebatur, & ab omnibus peccatis per sanctum illum baptismum solvebatur, & ad Christum ducebatur. Asinus animal stultum est, & immundum, & præ cæteris brutis irrationale, portan-*

Hom. 34. *pag.* 265. *lin* 9. Evangelium, in ramis palmarum. *De Asino & pullo jussu Christi soluto.*

Absolutio in recta fidei prædicatione.

⁊ byrþenstrang; Swa wæron menn ær Cristes tocyme stunte ⁊ unclæne þa þa hi þeowodon deofolgyldum. ⁊ myslicum leahtrum. ⁊ bugon to þam anlicnyssum þe hi sylfe worhton. ⁊ heom cwædon to. Þu eart min God. ⁊ swa hwilce byrþene swa heom deofol onberette þa hi bæron; Ac þa þa Crist com to mancynne. þa awende he ure stuntnysse to gerade. ⁊ ure unclænysse to clænum þeawum; Se getemeda assa hæfde getacnunge ðæs Judeiscan folces. Se wæs getemed under þære ealdan æ; Se wilda fola hæfde getacnunga ealles oþres folces þe wæs ða gyt hæþen. ⁊ ungetemed ac hi wurdon getemede ⁊ geleaffulle ða ða Crist sende his leorning cnihtas geond ealne middaneard ðus cweþende; Faraþ geond ealne middaneard. ⁊ læraþ ealle ðeoda ⁊ fulliað hi on naman ðæs Fæder. ⁊ ðæs Suna. ⁊ ðæs halgan Gastes. ⁊ beodað þ hi healdon ealle beboda ðe ic eow tæhte; Ðæra assena hlaford axode hwi hi untigdon his assan; Swa eac ða heafod menn gehwilces leodscipes woldon ðwyrlice wiþcweþan Godes bodunge. ac ða ða hi gesawon þ þa bydelas gehældon þurh Godes mihte healte. ⁊ blinde. ⁊ dumbum spræce forgeafon. ⁊ eac þa deadan to life arærdon. þa ne mihton hi wiþstandan þam wundrum. ac bugon ealle endemes to God; Cristes leorning cnihtas cwædon. se hlaford behofað ðæra assena. ⁊ sent hi eft ongean; Ne cwædon hi na ure hlaford. ne þin hlaford. ac forþrihte hlaford. forþan ðe Crist is ealra hlaforda hlaford. ægðer ge manna ge ealra gesceafta; Hi cwædon he sent hi eft ongean; We synd gemanode ⁊ gelaþode to Godes rice. ac we ne synd na genydde; Ðonne we synd gelaþode þonne synd we untigede.

dísque oneribus robustum. Tales erant homines ante Christi adventum, stulti & immundi; quando idolis & variis flagitiis serviebant, & imaginibus, quas ipsi fecerant, se incurvabant; & illis dicebant, Tu es Deus meus; & onus quodcunque diabolus illis imposuit, illi portabant. At Christus postquam venerat, stultitiam nostram in prudentiam, & immunditiam nostram in mores cultúsque mundos mutabat. Asinus ille domitus significationem populi Judaici præ se tulit; qui sub veteri lege domabatur: Pullus verò indomitus reliquos omnes populos, Gentiles adhuc & indomitos significabat. Quin domiti & fideles fiunt, postquam Christus discipulos suos in totum mundum miserat, sic dicens; Ite per totum mundum, & docete omnes gentes, & baptizate illas in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti: *& jubete ut omnia præcepta quæ Ego vos docui servarent. Asinorum dominus rogabat quare solvebant asinum: Sic etiam Principes viri cujusque gentis prædicationi divinæ contradicere perversè voluerunt; at postquam videbant quòd prædicatores, Dei potentiâ claudos & cæcos sanaverint, multísque sermonem dederint, nec non mortuos ad vitam resuscitaverint, haud poterant miraculis illis restitare; sed omnes pariter ad Deum convertebantur. Christi discipuli dicebant:* Dominus asinis istis indiget, & denuo illos misit: *Non dicebant* noster Dominus, *nec* tuus Dominus, *sed planè* Dominus; *quoniam Christus est omnium dominorum Dominus, cùm hominum tum omnium creaturarum. Dicebant illi, quòd illos denuò misisset. Admonemur nos & invitamur in regnum Dei; at nullatenus* cogimur: *quando* invitamur, *tunc* solvimur, *&*

untigede. ⁊ þonne ƿe beoþ forlætene to urum agenum cyre. þonne biþ hit ſpilce ƿe beon ongean aſende; Godes mildheortnyſ is þ ƿe untigede ſyndon. ac gif ƿe rihtlice libbað. þ biþ ægþer ge Godes gifu. ge eac ure agen geornfulnyſ; ƿe ſceolon ſymle biddan drihtnes fultum. forþam þe ure agen cyre næfþ nænne forþgang. buton heo beo geſyrþrod ðurh ðone Ælmihtigan;

tunc quidem in liberum arbitrium dimittimur; tunc accidit quasi nos denuo remittamur. Dei miſericordia eſt ut nos ſolvamur, at ſi rectè vivamus hoc cum GRATIÆ DEI, *tum etiam propriæ noſtræ diligentiæ erit.* Debemus nos Domini auxilium petere: Noſtrum enim arbitrium NULLUM PROCESSUM HABET, NISI PER OMNIPOTENTEM [*Deum*] PROMOVEATUR.

Ƿe ƿillað ſecgan eoƿ ſum bigſpel. Ne mæg nan man hine ſylfne to cyninge gedon. ac þ folc hæfþ cyre to ceoſenne þone to cyninge ðe heom ſylfum gelicað; Ac ſyþþan he to cyninge gehadod bið ðonne hæfð he anƿeald ofer þ folc. ⁊ hi ne magon his geoc of heora ſƿuran aſceacan; Sƿa eac gehƿilc man hæfð agenne cyre ær ðam þe he ſyngige hƿæþer he ƿille ſylian deofles ƿillan oþþe ƿiþſacan; Đonne gif he mid deofles ƿeorcum hine ſylfne bebint. ðonne ne mæg he mid his agenre mihte hine unbindan. buton ſe Ælmihtiga God ſtrangre handa his mildheortnyſſe hine nnbinde; Agenes ƿillan ⁊ agenre gymeleaſte he bið gebunden. ac ðurh Godes mildheortnyſſe he biþ unbunden;

Parabolam quandam vobis narrabimus. Nemo ſeipſum poterit regem conſtituere; quin populus libertatem eligendi regem, quem voluerit ſortitur: ſed poſtquam in regem inauguratus fuerit, tunc imperium in populum rex habet, neque jugum ejus de collo ſuo excutere valebit: Sic etiam* Unuſquiſque arbitrium proprium habet priuſquam peccaverit, an Diaboli voluntatem ſequi voluerit, an repudiare: verùm ſi ſeipſum operibus diaboli devinxerit, haud poterit VIRIBUS ſuis ſeipſum ſolvere, niſi hunc Omnipotens Deus, robuſtâ MISERICORDIÆ ſuæ manu, liberaverit. VOLUNTATE PROPRIA, & PROPRIA NEGLIGENTIA fuit devinctus; ſed DEI MISERICORDIA erit ſolutus.

Ibid. paulò poſt, p. 270. lin. 10. De aſino Chriſtum portante.

* Sax. *ordinatus.*

CAP. 18.

Ut idem filiam Tribuni cæcam illuminaverit, ac deinde ad ſanctum Albanum perveniens reliquias ibidem & ipſius acceperit & beatorum Apoſtolorum, ſive aliorum Martyrum poſuerit.

Sax. deeſt.

TUm ſubitò quidam Tribuniciæ poteſtatis cum conjuge procedit in medium, filiam decem annorum cæcam curandam ſacerdotibus offerens, quam illi adverſariis offerri præceperunt: ſed ii conſcientiâ puniente deterriti, jungunt cum parentibus preces, & curationem parvulæ à ſacerdotibus deprecantur. Qui inclinatos animo adverſarios intuentes, orationem breviter fundunt. Ac deinde Germanus plenus Spiritu S. invocat Trinitatem, nec mora; adhærentem lateri ſuo capſulam cum ſanctorum reliquiis collo avulſam manibus comprehendit, eámque in conſpectu omnium, puellæ oculis applicuit; Quos ſtatim, evacuatis tenebris, lumen veritatis implevit. Exultant parentes; miraculum populus contremiſcit, poſt quam diem ità ex animis omnium ſuaſio iniqua deleta eſt, ut ſacerdotum doctrinam ſitientibus deſideriis ſectarentur. Compreſſâ itaque perverſitate damnabili ejúſque auctoribus confu-

confutatis, atque animis omnium fidei puritate compositis, sacerdotes beatum Albanum martyrem auctori Deo per ipsum gratias *acturi petierunt. Ubi Germanus omnium Apostolorum diversorúmque martyrum secum reliquias habens, factâ oratione, iussit* revelli sepulchrum; preciosa ibidem munera conditurus: arbitrans oportunum, ut membra sanctorum ex diversis regionibus collecta, quos pares meritis receperat cœlum, sepulchri quoque unius teneret hospitium. Quibus depositis honorificè, atque sociatis de loco ipso, ubi beati martyris effusus erat sanguis, massam pulveris secum portaturus abstulit; in qua apparebat cruore servato, rubuisse martyrum cædem, persecutore pallente. Quibus ità gestis innumera hominum eodem die ad Dominum turba conversa est.

* Sic MS. T.

* revelari. W.

Cap. 19.

Ut idem causa infirmitatis ibidem detentus, & incendia domorum orando restinxerit: & ipse per visionem à suo sit languore curatus.

Sax. deest.

UNde dum redeunt, insidiator inimicus casualibus laqueis præparatis, Germani pedem lapsûs occasione contrivit, ignorans merita illius, sicut Job beatissimi, afflictione corporis, propaganda. Et dum aliquandiu uno in loco infirmitatis necessitate teneretur, in vicina qua manebat casula, exarsit incendium. Quod consumptis domibus, quæ illic palustri arundine tegebantur, ad illud habitaculum in quo idem jacebat,* flabris stimulantibus ferebatur. Concursus omnium ad antistitem convolavit, ut elatis manibus, periculum quod imminebat, evaderet. Quibus increpatis, moveri se fidei præsumptione non passus est. At multitudo omnis desperatione perterrita obviam currit incendio. Sed ut Dei potentia manifestior appareret, quicquid custodire tentaverat turba, consumitur. Quod verò jacens & infirmus defenderat,* reserto hospito sancti viri, expavescens flamma transilivit; ultrà citráque desæviens, & inter globos flammantis incendii, incolume tabernaculum, quod habitator inclusus servabat, emicuit. Exultat turba miraculo, & victam se divinis virtutibus gratulatur. Excubabat diebus ac noctibus ante tugurium pauperis vulgus sine numero. Hi animas curare cupientes, hi corpora. Referri nequeunt, quæ Christus operabatur in famulo, qui virtutes faciebat infirmus. Et cùm debilitati suę nihil remedii pateretur adhiberi, quâdam nocte candentem niveis vestibus vidit sibi adesse personam, quę manu extensâ jacentem videretur * attollere, eúmque consistere firmis vestigiis imperabat. Post quam horam ità fugatis doloribus recepit pristinam sanitatem, ut die reddito itineris laborem subiret intrepidus.

* MS. sing.

* reserato. T. & C. reservato. W.

* extollere. T.

Cap. 20.

Ut iidem Episcopi Britonibus in pugna auxilium cœleste tulerint, sicque domum reversi sunt.

Sax. deest.

INterea Saxones Pictíque bellum adversum Britones junctis viribus susceperunt, quos eadem necessitas in castra contraxerat: & cùm trepidi partes suas penè impares judicarent, sanctorum antistitum auxilium petierunt. Qui promissum maturantes adventum, tantum paventibus fiduciæ contulerunt, ut accesisse maximus crederetur exercitus. Itaque Apostolicis ducibus Christus militabat in castris. [a] Aderant etiam quadragesimæ venerabiles dies, quos religiosiores reddebat præsentia sacerdotum, in tantum, ut [b] quotidianis prædicationibus instituti, certatim populi ad gratiam baptismatis convolarent. Nam maxima exercitûs multitudo undam lavacri salutaris expetit, & Ecclesia ad diem resurrectionis dominicæ frondibus contexa componitur, atque in expeditione campestri instar civitatis aptatur. Madidus baptismate procedit exercitus, fides fervet in populo, & conterrito armatorum præsidio, divinitatis expectatur auxilium. Institutio, vel forma * castitatis hostibus nunciatur qui victoriam quasi de inermi exercitu præsumentes, assumptâ alacritate festi-

* castrorum. T

festinant, quorum tamen adventus exploratione cognoscitur. Cúmque emensâ solennitate Paschali, recens de lavacro pars major exercitûs * arma capere ac bellum parare tentaret, Germanus se ducem prælii profitetur: Eligit expeditos, circumjecta percurrit, & è regione quâ hostium sperabatur adventus, vallem circundatam mediis montibus intuetur. Quo in loco novum componit exercitum ipse dux agminis: Et iam aderat ferox hostium multitudo, quam appropinquare intuebantur in insidiis constituti. Tunc subitò Germanus signifer universos admonet & prędicat, ut voci suæ uno clamore respondeant; securísque hostibus qui se * insperatos adesse confiderent, Alleluia tertiò repetitum sacerdotes exclamabant. Sequitur una vox omnium, & elatum clamorem repercusso aere montium * conclusa multiplicant, hostile agmen terrore prosternitur, * & ruisse super se non solum rupes circundatas, sed etiam * ipsam cœli machinam contremiscunt; trepidationíque injectæ vix sufficere pedum pernicitas credebatur. Passim fugiunt, arma projiciunt, gaudentes vel nuda corpora eripuisse discrimini, plures etiam timore præcipites, flumen quod transierant, devoravit. Ultionem suam innocens exercitus intuetur, & victoriæ concessæ ociosus spectator efficitur. Spolia colliguntur exposita, & cœlestis palmæ gaudia miles religiosus amplectitur. Triumphant Pontifices hostibus fusis sine sangnine, triumphant victoriâ fide obtentâ non viribus. Compositâ itaque insulâ, securitate multiplici, superatísque hostibus vel invisibilibus, vel carne conspicuis, reditum moliuntur Pontifices. Quibus tranquillam navigationem, & merita propria, & * intercessio beati martyris Albani paraverunt, quietósque eos suorum desideriis felix carina restituit. †

* caperet, tentaret. C.
*superatos. T.
* exclusa. W.
* ruisse. T.
* MS. sing.
* non invocatio.
† Remansit autem in insula genus utrumque, hostes & cives, Angli & Britones, quorum Angli pro regno, Britones pro vita certabant. MS. Coll. Trin.

Nota.

*¶ Britanni veteres, Ecclesiæ Primitivæ discipuli, Quadragesimam non superstitiosè quidem quasi dierum discrimini nimiùm tribuentes; sed ut παρασκευὴν, & præparationem ad festum Paschę sequentis celebrandum, jejunio, lacrymis, confessioni peccatorum, & resipiscentiæ veræ, studio dicabant; ut hinc verè hilares, plenique lętitiâ, ad solennitatem Paschæ, Sacramentorum delicias cœlestes percepturi, accederent.

Hom. 34. pag. 113. & Serm. Cathol. 293. lin. 30. Domin. prim. in Quadrages.

Men þa leofastan eoƿ eallum is cuþ ꝥ þæs gearlica ymbryne us gebringþ efne nu ða clænan tid lengtenlices fæstenes. on þam ƿe sceolon ure gymeleaste ⁊ forgægednysse urum gastlicum scrifte geandettan. ⁊ us mid fæstene. ⁊ ƿæcceum. ⁊ gebedum. ⁊ ælmysdædum fram synnum aþƿean. ꝥ ƿe bealdlice mid gastlicre blisse ða Easterlican mærsunge Cristes æristes ƿurþian moton. ⁊ ðæs halgan husles ðigene mid geleafan underfon us to synna forgifennysse. ⁊ to gescyldnysse deofollicra costnunga;

*Viri dilectissimi, vobis omnibus notum est dies hosce anniversarios, nos jam modò ad munditię * quadragesimalis jejunii ducere; quibus oportet negligentiam & perversitatem nostram coram spirituali Confessario nostro [ad * Dominum] confiteri: & nosmet ipsos jejunio, vigiliis, precibus, & eleemosynis à peccatis lavare; ut confidenter cum lætitia spirituali* Paschalem illam resurrectionis Christi solennitatem celebrare possimus; & sanctæ Eucharistię tactum [gustúmve] nobis in remissionem peccatorum, & diabolicas tentationes propulsandas suscipere.

*Sax. vernalis
* Vide D. Henr. Spelm. Concil. pag. 485. lin. 18.
Quadrages. ad Sacrament. præparatio.

b *Quotidianis prædicationibus*. Sic monumenta illa magni pretii, quæ ante quadriennium è libro Miscellan. Sax. Coll. Ben. Cantabr. typis mandanda descripsimus, *prædicationem quadragesimalem* memorant. Vide Ill. Hen. Spelm. Concil. pag. 612. lin. 16. þurh lare ⁊ þurh bodunge Godes beboda. *Per doctrinam & prædicationem præceptorum Dei*, &c. sed textus Lat. cujus Saxo ille duntaxat interpres fuit,

fuit, adjicit etiam *prædicationi bonorum operum exercitium*, quod ut cautè præstare potuissent majores nostri, à nugis & scurrilitate mimorum mentes suas diebus jejunio dicatis avocare studuerunt. Videte ergò ut etiam risus immodicos perstringat homilista.

Hom.34.pag.111.lin.17. Domin prim. in Quadragesim.

Forbugaþ idele spellunge. ⁊ dyslice blissa. ⁊ bewepað eowre synna. forþam ðe Crist cwæð. wa eow ðe nu hlihhaþ ge sceolon heofian ⁊ wepan; Eft he cwæð. eadige beoþ þa ðe nu wepað forþam ðe hi sceolon gefrefrode;

Fugite colloquium otiosum, *stultósque lusus*; *&* peccata vestra; deflete: *Christus enim ait*, Væ vobis qui nunc ridetis! *tristari oportet & lugere: & denuo*, Beati sunt qui nunc lugent quoniam consolationem accipient.

Cap. 21.

Ut renascentibus virgultis Pelagianæ pestis, Germanus cum Severo Britanniam reversus, priùs claudo juveni incessum, deinde & populo Dei, condemnatis sive emendatis hæreticis, gressum recuperârit fidei.

Sax. deest. NEc multo * pòst interposito tempore, nunciatur ex eadem insula Pelagianam perversitatem iteratò paucis auctoribus dilatari. Rursúsque ad beatissimum virum preces sacerdotum omnium deferuntur, ut causam Dei, quam priùs obtinuerat, tueretur. Quorum petitioni festinus obtemperat: Nam adjuncto sibi Severo totius sanctitatis viro (qui erat discipulus beatissimi patris Lupi Trecasenorum Episcopi, & tunc Treveris ordinatus Episcopus, gentibus primæ Germaniæ verbum Dei prędicabat) mare conscendit, & consentientibus elementis tranquillo navigio Britannias petiit. Interea sinistri spiritus provolantes totam insulam Germanum venire invitis vaticinationibus nunciabant, in tantum ut Elafius quidam religionis illius primus in occursum sanctorum sine ulla manifesti nuncii relatione properaret, exhibens secum filium, quem in ipso flore adolescentiæ debilitas dolenda damnaverat: Erat enim arescentibus nervis contracto poplite, cui per siccitatem cruris usus vestigii negabantur. Hunc Elafium provincia tota subsequitur. Veniunt sacerdotes, occurrit inscia multitudo, confestim benedictio & sermonis divini doctrina profunditur. Recognoscunt populum, in ea qua illum reliquerant credulitate durantem; intelligunt culpam esse paucorum, inquirunt auctores, inventósque condemnant. Tum subitò Elafius pedibus advolvitur sacerdotum, offerens filium, cujus necessitatem ipsa debilitas etiam sine precibus allegabat. Fit communis omnium dolor, præcipuè sacerdotum, qui conceptam misericordiam ad divinam clementiam contulerunt; statímque adolescentem beatus Germanus sedere compulit; attrectat poplitem debilitate curvatum, & per tota infirmitatis spatia medicabilis dextra percurrit, salubrémque tactum sanitas festina subsequitur, ariditas succum, nervi officia receperunt, & in conspectu omnium incolumis patri filius restituitur. Implentur populi stupore miraculi, & in pectoribus omnium fides Catholica inculcata firmatur, prædicatio deinde ad plebem de prævaricationis emendatione convertitur. Omniúmque sententia pravitatis auctores qui erant expulsi insulâ, sacerdotibus adducuntur ad mediterranea deferendi, ut & regio absolutione, & illi emendatione fruerentur. Factúmque est ut in illis locis multo ex eo tempore fides intemerata perduraret. Itaque compositis omnibus, beati * sacerdotes eâ quâ venerant prosperitate redierunt. Porrò Germanus post hæc ad Ravennam pro pace Armoricanę gentis supplicaturus advenit, ibíq; à Valentiniano & Placidia matre ipsius summa reverentia susceptus, migravit ad Christum. Cujus corpus honorifico agmine comitantibus virtutum operibus suam defertur ad urbem. Nec multò pòst Valentinianus ab Etii patricii, quem occiderat, satellitibus interimitur: Anno imperii Marciani sexto, cum quo simul Hesperium concidit regnum.

* pòst. deest MS. sing.

* Pontifices. W

Cap.

Cap. 22.

*Ut Britones, quiescentibus ad tempus exteris, civilibus sese bellis contriverant, simul & majoribus flagitiis * submerserint.*

*se immerserint. W.

Sax. deest.

INterea Britanniæ cessatum quidem est parumper ab externis, sed non à civilibus bellis. Manebant exterminia civitatum ab hoste dirutarum ac desertarum; pugnabant contra invicem qui hostem evaserant cives. Attamen recenti adhuc memoriâ calamitatis & cladis inflictæ servabant utcunque Reges, Sacerdotes privati & optimates, suum quique ordinem. At illis decedentibus, cùm successisset ætas tempestatis illius nescia, & præsentis solùm serenitatis statum experta, itâ cuncta veritatis ac justitiæ moderamina concussa ac subversa sunt, ut *earum non dicam vestigium, sed nè memoria quidem præterquam in paucis & valdè paucis ulla appareret. Quin inter alia inenarrabilium scelerum facta, quæ historicus eorum Gildas flebili sermone describit, & hoc addebat, ut nunquam genti *Saxonum sive Anglorum secum Britanniam incolenti, verbum fidei prædicando committerent. Sed non tamen divina pietas plebem suam *quam præscivit* deseruit, quin multò digniores genti memoratæ præcones veritatis per quos crederet, destinavit.

* *l.* eorum.

* *RR. Armach in primord. pag. 377.*

Cap. 23.

Ut Sanctus Papa Gregorius Augustinum cum Monachis ad prædicandum genti Anglorum mittens, Epistolâ quoque illos exhortatoriâ, nè à laborando cessarent, confortaverit.

ÐA wæs æfter forð * yrnendre tide ymb fif hund wintra ⁊ tu and hund nigontig fram Cristes hider cyme. Mauricius Casere feng to rice ⁊ þæt hæfde an ⁊ twentig wintra. Se wæs feorþa eac fiftigum fram Agusto. Ðæs Caseres rices þy teoþan geare Gregorius se halga wer. se wæs on lare ⁊ on dæde se hyhsta feng to biscop hade þære Romaniscan cyrican. ⁊ þæs Apostolican setles ⁊ þæt heold ⁊ rihte þreottyne gear ⁊ syx monað ⁊ tin dagas. se wæs mid godcundre onbryrdnysse * monad. þy feowerteogeþan geare þæs ylcan Caseres ymb fiftig wintra ⁊ hund teontig Angel cynnes hider cymes on Breotone þæt he sende Godes þeow Agustinum ⁊ oþre monige Munecas ⁊ Preostas mid hine. Drihten ondrædende * bodian Godes word Angel ðeode. Ða hyrsumedon hig ðæs Biscopes bebodum to þam gemyngedon weorce. feran ongunnon ⁊ sumne dæl þæs weges gefaren hæfdon. þa ongunnon hi forhtigan ⁊ ondrædon him þone siþfæt.

* eornendre. C.

* manod. B.

* *Sic MS.* B.

SIquidem anno ab incarnatione Domini quingentesimo octogesimo secundo Mauritius ab Augusto quinquagesimus quartus imperium suscipiens, uno & viginti annis tenuit: Cujus anno regni decimo Gregorius, vir doctrinâ & actione præcipuus, Pontificatum Romanæ & Apostolicæ sedis sortitus, rexit annos tredecim, menses sex, & dies decem. Qui divino admonitus instinctu anno decimoquarto ejusdem principis, adventûs verò Anglorum in Britanniam anno circiter centesimo quinquagesimo, misit servum Dei Augustinum, & alios plures cum eo Monachos timentes Dominum, prædicare verbum Dei genti Anglorum. Qui cùm jussis Pontificalibus obtemperantes, memoratum opus aggredi cœpissent, jámque aliquantum itineris confecissent, perculsi timore iner-

Anno Dom. 582.

fæt. ⁊ þohtan þ him wislicre ⁊ gehyldre wære þ hi ma ham cyrdan þonne hi þa ellreordan þeode. ⁊ þa reþan ⁊ þa ungeleaffulan (ðara ðe hi *furþon þa gereorde ne cuþan) gesecan sceoldan. ⁊ ðis gemænelice him to ræde gecuron. ⁊ þa sona sendon Augustinum to þam Papan þone þe hi him to biscope gecoren hæfdon gif heora lare * onfangene wæron þ he sceolde eaðmodlice for hi ðingian. þ hi ne ðorftan in swa frecne siþfætt. ⁊ swa gewinfullicne. ⁊ on swa uncuþe ællþeodignysse feran. Ða sende Scs Gregorius ærend gewrit him to. ⁊ hi trymede ⁊ lærde on þam gewrite þ hi eaðmodlice ferdon on þæt geweorc þæs Godes wordes. ⁊ he getreowode on Godes fultum þ hi no aswunde þ gewin ðæs siþfætes ne wyrig cwydolra manna tungan ne *bregde. Ac þ hi mid ealre geornfulnysse ⁊ mid Godes lufan þa god gefremede. þe hi þurh Godes fultum don ongunnon. ⁊ þ hi wiston þ ðæt micle gewin mare wuldur eces edleanes æfter fylgde. ⁊ he Ælmihtigne God bæd. þ he hi mid his gife gescylde. ⁊ þ he him sylfum forgeafe þ he moste þone wæstm heora gewinnes on heofona rices wuldre geseon. forþan he gearo wære on þam ylcan gewinne mid him beon gif him *leafnys seald wære.

* furþum. C.

*onfongen wære. C.

* brosniende. C.

* lif. C.

ti redire domum, potiùs quàm barbaram, feram, incredulámque gentem, cujus nec linguam quidem nossent, adire cogitabant; & hoc esse tutius communi consilio decernebant. Nec mora, Augustinum, quem eis Episcopum ordinandum (si ab Anglis susciperentur) disposuerat, domum remittunt, qui à beato Gregorio humili supplicatu obtineret, nè tam periculosam, tam laboriosam, tam incertam peregrinationem adire deberent. Quibus ille exhortatorias mittens literas, in opus eos verbi, divino confisos auxilio, proficisci suadet. [Quarum videlicet literarum ista est forma;

Gregorius servus servorum Dei. Quia meliùs fuerat bona non incipere, quàm ab his quæ cœpta sunt cogitatione retrorsum redire, summo studio (dilectissimi filii) oportet, ut opus bonum, quod auxiliante domino cœpistis, impleatis.]* *Nec ergò labor vos itineris, nec maledicorum hominum linguæ deterreant: sed omni instantiâ, omníque fervore quæ inchoastis, DEO auctore, peragite. Scientes quòd laborem magnum æternæ retributionis gloria sequitur. [Remeanti autem Augustino præposito vestro, quem & Abbatem vobis constituimus, in omnibus humiliter obedite. Scientes hoc vestris animabus per omnia profuturum, quicquid à vobis fuerit in ejus admonitione completum.] Omnipotens Deus suâ vos gratiâ protegat, & vestri laboris fructum in æterna me patria videre concedat. Quatenus etsi vobiscum laborare nequeo, simul in gaudio retributionis inveniar, quia laborare scilicet volo. [Deus vos incolumes custodiat dilectissimi filii. Data die decimâ Kalendarum Augustarum, Imperante Domino nostro Mauritio Tiberio piissimo Augusto anno decimoquarto, post Consulatum ejusdem Domini nostri anno decimotertio, indictione decimaquarta.]*

* *servis Domini nostri* W. C.

Cap. 24.

Ut Arelatensi Archiepiscopo epistolam pro eorum susceptione miserit.

Sax. deest. MIsit etiam tunc iisdem venerandus Pontifex ad Etherium Arelatensem Archiepiscopum (ut Augustinum Britanniam pergentem benignè susciperet) literas, quarum iste est textus: *Reverendissimo & sanctissimo fratri Etherio*

Etherio coepiscopo Gregorius servus servorum Dei. Licèt apud sacerdotes habentes Deo placitam charitatem religiosi viri nullius commendatione indigeant: quia tamen aptum tempus scribendi se ingessit, fraternitati vestræ nostra mittere scripta curavimus, insinuantes latorem præsentium Augustinum servum Dei, de cujus certi sumus studio, cum aliis servis Dei, illuc nos pro utilitate animarum auxiliante Domino direxisse. Quem necesse est, ut sacerdotali studio sanctitas vestra adjuvet, & sua ei solatia præbere festinet. Cui etiam ut promptiores ad suffragandum positis existere, causam vobis injunximus subtiliter indicare. Scientes quòd eâ cognitâ totâ vos propter Deum devotione ad solandum, quia res exigit, commodetis. Candidum præterea presbyterum communem filium, quem ad gubernationem patrimoniali Ecclesiæ nostræ transmisimus, charitati vestræ in omnibus commendamus. Deus te incolumem custodiat, Reverendissime frater. Data die decimâ Kalendarum Augustarum Imperante Domino nostro Mauritio Tiberio piissimo Augusto. Anno decimoquarto post Consulatum ejusdem Domini nostri. Anno decimotertio indictione decimaquartâ.

Cap. 25.

Ut veniens Britanniam Augustinus primò in insula Taneto Regi Cantuariorum prædicârit, & sic acceptâ ab eo licentiâ Cantium, prædicaturus, intraverit.

ÐA wæs gestrangod Agustinus mid trymnysse þæs eadigan fæder Gregorius mid ðam Cristes þeowum þa þe mid him wæron. ⁊ hwearf eft on ꝥ weorc Godes word to læranne. ⁊ com on Breotone; Ða wæs on ða tid Æþelbyrht cyning haten on Cent rice ⁊ mihtig. se hæfde rice oþ gemæro Humbre streame. se todæleþ suþ folc Angel þeode ⁊ norþ folc; Ðonne is on easte weardre Cent. mycel ealond * Tenet. ꝥ is syx hund hida micel æfter Angel cynnes æhte. ꝥ ealond todæleð Wantsumo streame fram þam to geþeodden lande. se is ðreora furlunga brad. ⁊ on twam stowum is oferferenes. ⁊ æghwæþeres ende * liþ to sæ; On ðyssum ealonde com upp se Godes ðeow Agustinus ⁊ his geferan. wæs he feowertigra sum. noman hi eac swylce him wealhstodas of Francland mid. swa him Scs Gregorius bebead. ⁊ he sende to Æþelbyrhte ærendwracan. * ⁊ onbead ꝥ he of Rome come ⁊ ꝥ betste ærende lædde ⁊ seþe him hyrsum beon wolde. butan tweon he gehet

* MS. B. & C.

* ligeþ ut on sæ. B.

* ⁊ him cyðde. B.

ROboratus ergò confirmatione beati Patris Gregorii Augustinus, cum famulis * Christi qui erant cum eo, rediit in opus verbi, pervenitque Britanniam. Erat eo tempore Rex * Ethelbertus in Cantio potentissimus, qui ad confinium usque Humbri fluminis maximi, quo Meridiani & Septentrionales Anglorum populi dirimuntur, fines imperii tetenderat. Est autem ad Orientalem Cantii plagam Tanetos insula non modica, id est, magnitudinis juxta consuetudinem æstimationis Anglorum * familiarum sexcentarum, quam à continenti terra secernit fluvius Wantsumu, qui est latitudinis circiter trium stadiorum & duobus tantùm in locis est transmeabilis. Utrumq; enim caput protendit in mare. In hac ergò applicuit servus Domini Augustinus, & socii ejus viri (ut fertur) fermè quadraginta. * Acceperunt autem præcipiente beato Papâ Gregorio de gente Francorum interpretes, & mittens ad Ethelbertum mandavit se venisse de Roma, ac nuncium ferre optimum, qui sibi obtemperantibus

* Dei. *T.*

* *Sic MS. T.* Aethilberbht. *C.*

* milliarum sexcentorum. *Edit. Coll.*

* acceperat. *T*

ecne fean on heofonum. and toƿeard rice butan ende mid þone soþan God ⁊ þone lifiendan; Ða he þa se cyning þas ƿord gehyrde. þa het he hig bidan on þam ealonde ðe hi upp comon. ⁊ him ðider heora ðearfe forgyfan. ⁊ þ he gesaƿe hƿæt he him don ƿolde; Swylce ær þam becom hlisa to him ðære cristenan æfestnysse. forþon he cristen ƿif hæfde. seo ƿæs him forgifen of Francena * cyne cynne Berhte ƿæs haten. þ ƿif he onfeng fram hire yldrum aredenesse þ heo his * leafnysse* hæfde þ heo þone þeaw ðæs cristenan geleafan ⁊ hire æfestnysse ungeƿemmedne healdan moste. mid ðy Biscop þone þe hi hire to fultume ðæs geleafan sealdon. þæs nama ƿæs* Leodheard; Ða ƿæs æfter monegum dagum þ se cyning com to ðam ealonde. ⁊ het him ute setl geƿyrcean. ⁊ het Augustinum mid his geferum ðider to his spræce cuman. ƿarnode he hine þy læs hi on hƿylc hus to him ineodan. breac *ealdre healsunge. gif hi hƿylcne drycræft hæfdon þ hi hine oferswyþan ⁊ beswican sceoldan; Ac hi na læs mid deofol cræfte. ac mid godcunde mægene geƿelgade coman. bæron Cristes rode tacen sylfrene

*cyning cynne. B.

*leue.B.

* Sic MS. B. & C.

* sic MS. B.

æterna in cœlis gaudia, & regnum sine fine cum Deo vivo & vero futurum, sine ulla dubietate promitteret. Qui hæc audiens, manere illos in ea quam adierant insula, & eis necessaria ministrari, donec videret quid eis faceret, jussit. Nam & antea fama ad eum CHRISTIANÆ RELIGIONIS pervenerat, utpote qui & uxorem habebat CHRISTIANAM de gente Francorum regia nomine *Berhtam. Quam eâ conditione à parentibus acceperat, ut ritum fidei ac religionis suę cum Episcopo, quem ei adjutorem fidei dederant, nomine Luidhardo, inviolatam servare, licentiam haberet. Post dies ergò venit ad insulam Rex, & residens sub divo jussit Augustinum cum sociis ad suum ibidem advenire colloquium. Caverat autem nè in aliquam domum ad se introirent, veteri usus augurio, [nè superventu suo,] si quid maleficæ artis habuissent, eum superando deciperent. At illi non dęmonicâ, sed divinâ virtute præditi veniebant, crucem pro vexillo ferentes argenteam, & imaginem Domini salvatoris in tabula depictam, Letaniásq; canentes pro sua simul & eorum propter quos & ad quos venerant salute æterna, DOMINO supplicabant. Cúmque ad jussionem Regis residentes, * VERBUM ei VITÆ unà cum omnibus qui aderant ejus comitibus prædicarent: respondit * ille dicens, Pulchra sunt quidem verba & promissa quæ affertis, sed quia nova sunt & incerta, non his possum assensum tribuere; relictis eis quæ tanto tempore cum omni Anglorum

* Sic T. Berchtam. C. RR. Armach. in primord. 130.

Lege, sub dio.

*Rex. T.

Cristes mæl mid him. ⁊ anlicnysse drihtnes [*hælendes] onbrede afægde ⁊ aƿritene. ⁊ ƿæron haligra naman ƿimende. ⁊ gebedo singende somod for heora sylfra ecre hælo. ⁊ þara ðe hi to coman to drihtne þingedon. ða het se cyning hi sittan. ⁊ hi sƿa dydon. ⁊ hi sona him lifes ƿord ætgædere mid *him eallum his geferan ðe þær æt ƿæron bodedon ⁊ lærdon; Ða andsƿarede se cyning ⁊ þus cƿ. fægere ƿord þis synd ⁊ gehat þe gebrohton ⁊ us secgað. ac forþon hi niƿe syndon ⁊ uncuþe ne magon ƿe *no gyt þ geþafigean þ ƿe forlætan þa ƿisan þe ƿe * langere tide mid ealle

* Sic MS. C. & Lat.

* him. deest B.

* nu. C.

* lange. B.

Angel

Angel þeode heoldan ⁊ Ac forþon ðe ge feorran hider ælþeodige coman. ⁊ þæs ðe me geþuht ⁊ gesæwen is þa ðing ða þe ge geseod ⁊ betst *gelyfdon. ꝥ ge eac swylce wyllan don us þa gemænsuman; Ne wyllað we forðon eow hefige beon. ac we willað eow fremsumlice on gæstliþnesse onfon. ⁊ eow ⁊lyfne syllan. ⁊ eowre ðearfe forgifan. ne we eow bewериað ꝥ ge ealle ða ðe ge magon þurh eowre lare to eowres geleafan æfestnysse geþeode ⁊ gecyrre ⁊ Ða sealde se cyning him wununesse ⁊ stowe on Cantwara byrig. seo wæs ealles his rices ealdor burh. ⁊ swa swa he gehet him ⁊lyfne ⁊ heora weoruld ðearfe forgifan. ⁊ eac swylce lyfnesse sealde ꝥ hi mostan Cristes geleafan bodian ⁊ læran; Is ꝥ sæd ꝥ hi ferdon ⁊ nealæhtan to ðære ceastre. swa swa heora þeaw wæs. mid ðy halgan Cristes mæle. ⁊ mid anlicnysse ðæs myclan cyninges ures Drihtnes hælendes Cristes. ꝥ hi ðysne Letanian ⁊ Antefn gehleoþre stæfne sungan; Deprecamur te Domine in omni misericordia tua, ut auferatur furor tuus et ira tua a ciuitate ista et domo sancta tua, quoniam peccauimus. Alleluia.

* gelyfað. B.

gente servavi. Verùm quia de longe huc*peregrini venistis,& ut ego mihi videor perspexisse, ea quæ vos vera & optima credebatis, nobis quoque communicare desideratis, nolumus molesti esse vobis; quin potiùs benigno vos hospitio recipere, & * quæ victui vestro sunt necessaria, ministrare curamus: nec prohibemus, quin omnes, quos potestis, fidei vestrę religionis prædicando societis. Dedit ergò eis mansionem in civitate Dorovernensi (quæ imperii sui totius erat Metropolis) eisq; ut promiserat, cum administratione victûs temporalis, licentiam quoque prædicandi non abstulit. Fertur autem quòd appropinquantes civitati*, more suo cum cruce sancta & imagine magni regis Domini nostri Jesu Christi hanc Letaniam consonâ voce modularentur: DEPRECAMUR TE DOMINE IN OMNI MISERICORDIA TUA, UT AUFERATUR FUROR TUUS ET IRA TUA A CIVITATE ISTA, ET DE DOMO SANCTA TUA, QUONIAM PECCAVIMUS. ALLELUIA.

* in regnum meum. *T.*

* quæcunque *T.& W.*

* Dorobernensi. *T.*

NOTÆ.

* Verbum ei vitæ, &c.] *Hæc ipsa Venerabilis Bedæ de Augustino verba quare majorum nostrorum Doctores, in Homiliis ad populum, aliter recitaverint, oculati viri judicent.* viz.

Augustinus his leode Godes word bodade hu se mildheorta hælend mid his agenre ðrowunge ðysne scyldigan middan eard alysde. ⁊ geleafullum mannum heofonan rices infær geopenode; Ða andwyrde se cyning Æðelbriht Augustine ⁊ cwæþ. ꝥ he fægere word ⁊ behat him cydde; &c. Augustinus (*Ethelberti*) *genti VERBUM DEI prædicabat; *viz.* ut misericors Jesus SUA IPSIUS PASSIONE hunc mundum peccatricem liberaverit, singulis autem credentibus * REGNI CŒLORUM INGRESSUM APERUERIT. Tunc respondet Rex Ethelbertus Augustino, Pulchra sunt quidem verba, & promissa quæ affertis; &c. *ut hîc apud Bedam. Si de ingressu cœlorum è Limbo Patrum interpolatores Augustini, Bedæ & R. Aluredi intellexerint, en præ oculis fontes subjecimus! ad quos, si quæ fraudis suspicio, recurrendum; Ecclesiam etiam veterem, inter cætera commenta, Nicodemi Evangelium Saxonicè versum exercuit; fingens Christum Adamo apud inferos, extensâ manu, sic dixisse;*

Hom. 51. *MS. Cantabr. Biblioth. publ. pag.* 281. *lin.* 7. Die iiii° Idus Martii S. Gregorio dicato. *& Serm. Cath. pag.* 301.

* Cantio Britannorum.

**Vide* Te Deum, *in Liturgia nostra, juxta sacras literas ab Ecclesia expositum.*

Nicodemi Evang. MS. Sax. Biblioth. publ. Cantabr. ad finem quatuor Evangel. Sax. pag. 378.

Syb sig myd ðe Adam. ⁊ myd eallum ðynum bearnum. *id est*, Pax tecum sit, Adame, omnibúsque filiis tuis; *Et paulò pòst*; Se halga drihten ƿæs ða Adames hand healdende. ⁊ his Michaele þam heah engle syllende ⁊ him sylf ƿæs on heofonas farende ⁊ ealle ða halgan ƿæron ða Michaele ðam heah engle æfter fyligende ⁊ he his ingelædde on neorxna ƿang mid ƿuldorfullre blysse; *id est*, Sanctus Dominus tunc Adami manum tenuit, illámque Michaeli Archangelo exhibuit; ipse autem in cœlos abiit, omnésque Sancti Michaelem Archangelum secuti erant; quos in Paradisum cum lætitia gloriosa invexit. *Si hujusmodi sensum è verbis Bedæ, recentiores elicere ausi sunt, ad fontes ipsos Ven. Bedæ, & Regis Aluredi, fidelissimi interpretis, recurramus. Augustinus* verbum (*Regi Ethelberto*) vitæ, unà cum omnibus, qui aderant, ejus comitibus, prædicabat. *Reliquorum lacunas, ex studio partium turbatas, Ecclesia Catholica, re perspectâ, exhauriet & purgabit.*

Cap. 26.

*Ut idem in * Cantio Primitivæ Ecclesiæ & doctrinam sit imitatus & vitam, atque in urbe Regis sedem Episcopatûs acceperit.*

** Cantia. MS. sing.*

ÐA ƿæs sona ƿæs ðe hi eodan on þa eardung stoƿe þe him alyfed ƿæs on þære cynelican byrig. ða ongunnon hi þ Apostolice lif þære *frymlican cyricean onhyrigean. þ is on singalum gebedum ⁊ on ƿæccan ⁊ on fæstenum Drihtne þeoƿdon. ⁊ lifes ƿord ðam þe hi mihton bodedon ⁊ læron. ⁊ ealle þing ðysses middan geardes sƿa sƿa fremde forhogedon. butan ða þing ane ða ðe heora andlyfene ned þearflice gesaƿen ƿæron hi onfengon fram ðam ðe hi læron. æfter þon ðe hi læron hi sylfe ðurh eall lifdon. ⁊ hi hæfdon gearo mod ƿa ƿiþerƿeardan ge eac sƿylce deað sylfne to þroƿienne for þære soþfæstnysse þe hi bodedon ⁊ læron; Ne ƿæs þa ylding þ monige gelyfdon. ⁊ gefullade ƿæron; ƿæron hi eac ƿundriende þa bilehƿitnysse þæs unsceþþendan lifes ⁊ sƿetnesse heora þære heofonlican lare. ƿæs be eastan ðære ceastre ƿel neh sum cyrice on are Sci' Martine iu geara geƿorht. mid þy Romane þa gyt Breotone beeodan [*in þære cyricean seo cƿen geƿunode hire gebiddan þe ƿe ær cƿædon þ hio Cristæn ƿære] on þære cyrican ærest þa halgan lareoƿas ongunnan hi

*frymƿelican. B.

** Hæc verba codici Cantab. desunt. At MS. B. & C. ut Lat. exhibent.*

AT ubi sibi datam mansionem intraverunt, cœperunt Apostolicam primitivæ Ecclesiæ vitam imitari; orationibus videlicet assiduis, vigiliis, ac jejuniis serviendo, verbum vitæ, quibus poterant, prædicando, cuncta hujus mundi velut aliena spernendo, ea tantùm, quæ victui necessaria videbantur, ab eis, quos docebant, accipiendo, secundùm ea quæ docebant ipsi per omnia vivendo, & paratum ad patiendum adversa quæque, vel etiam ad moriendum pro ea quam prædicabant veritate, animum habendo. Quid mora? Crediderunt nonnulli, & baptizabantur, mirantes simplicitatem innocentis vitæ, ac dulcedinem doctrinæ eorum cœlestis; Erat autem prope ipsam civitatem ad Orientem Ecclesia in honorem sancti Martini antiquitus facta dum adhuc Romani Britanniam incolerent, in qua regina, quam Christianam fuisse prædiximus, orare consueverat.

hi somnian. ⁊ singan ⁊ gebidon on * mæsse songum ⁊ men læran. ⁊ fullian. oþþæt se cyning to geleafan gecyrred wæs. ⁊ hi maran lefnysse onfengon ofer eall to læranne. ⁊ cyrican to timbrianne. ⁊ to betanne; Ða gelamp hit þurh Godes gife ꝥ se cyning eac swylce betweoh oþre ongan lustfullian ꝥ clænestre lif haligra * ðinga ⁊ heora þam swetestan gehatum. ⁊ hi eac getrymedon ꝥ þa soþe wæron mid monigra heofonlicra wundra ætywnysse. ⁊ he ða gefeonde wæs gefullad. ða ongunnan monige dæghwamlice efstan ⁊ scyndan to gehyranne Godes word. ⁊ ⁊ hæþenysse þeaw forlætan. ⁊ to þære annesse hi geðyddan þurh geleafan ðære halgan Cristes cyrican. þara geleafan ⁊ gehwyrfednesse; Is sæd ꝥ te se cyning swa wære blissiende ꝥ he nænigne hwæþere nydde to cristenum þeawe. ac þa ðe to geleafan ⁊ to fulluhte cyrdon ꝥ he ða inweardlicor lufade. swa swa hi weron him efen-ceasterwearan þæs heofonlican rices. forþon he geleornade fram his lareowum ⁊ fram þam ordfruman his hælo ꝥ Cristes þeowdom sceolde beon wilsumlic nalæs genededlic ⁊ he ða se cyning geaf ⁊ sealde his lareowum gesitene stowe ⁊ eþel heora hade on his aldor byrig. ⁊ ðær to sealde heora nyd þearfe on missenlicum æhtum;

*⁊ mæssian. B.

*þinga. deest B. & C.

In hac ergò & ipsi primò convenire, psallere, orare, missas facere, pręedicare, & baptizare cœperunt, donec Rege ad fidem converso, majorem prædicandi per omnia, & Ecclesias fabricandi, vel restaurandi, licentiam acciperent. At ubi ipse etiam inter alios delectatus vitâ mundissimâ sanctorum, & promissis eorum suavissimis, quæ vera esse miraculorum quoque multorum ostensione firmaverunt, credens, baptizatus est, cœpêre plures quotidie ad audiendum verbum confluere, ac relicto gentilitatis ritu, unitati se SANCTÆ CHRISTI ECCLESIÆ credendo sociare. Quorum fidei & conversioni ità congratulatus esse Rex perhibetur, ut nullum tamen COGERET ad Christianismum, sed tantummodo credentes arctiori dilectione quasi concives sibi regni cœlestis amplecteretur. Didicerat enim & à doctoribus auctoribúsque suæ salutis, servitium Christi VOLUNTARIUM, non COACTICIUM debere esse. Nec distulit, quin etiam ipsis doctoribus suis locum sedis, eorum gradui congruum, in Dorovernia Metropoli sua donaret, simul & necessarias in diversis speciebus possessiones conferret.

Illustr. D. Hen. Spelm. in Conc pag. 113.

Cap. 27.

Ut idem Episcopus factus Gregorio Papæ quæ sint Britanniæ gesta mandârit, simul & de necessitatibus ejus responsa petens, acceperit.

Betwyh ðas ðing ða se halga wer Augustinus ferde ofer sæ. ⁊ com to Arela ðære ceastre ⁊ fram Ætherio ðam ærce B. ðære ylcan ceastre æfter hæse ⁊ bebode þæs eadigan Fæder Sce Gregorii. wæs gehalgod ærce

INterea vir Domini Augustinus venit Arelas, & ab Archiepiscopo ejusdem civitatis Etherio juxta quod jussa sancti patris Gregorii* acceperat, Archiepi-

Sic MS. T. & W.

ærce B' Angel þeode 7 eft hwearf 7 ferde on Breotone. 7 sona sende ærendracan to Rome ꝥ wæs Laurentius mæssepreost 7 Petrus munuc ꝥ hi sceoldan secgan 7 cyþan þam eadigan. B'. Sce' Gregorie ꝥ Angel þeod hæfde onfangen Cristes geleafan. 7 ꝥ he to B' gehalgod wære; Swylce eac be monigum socnum 7 frignyssum þa ðe him nyd þearflice gesewen wæron. his geþeahte wæs biddende. 7 he sona þara gewirne 7 sware onsende;

scopus genti Anglorum ordinatus est. Reversúsq; Britanniam misit continuò Romam Laurentium Presbyterum, & Petrum Monachum, qui beato Pontifici Gregorio gentem * Anglorum fidem Christi accepisse, ac se Episcopum factum esse referrent. Simul & de eis, quæ necessaria videbantur, quæstionibus ejus consulta flagitans. Nec mora; congrua quæstionibus responsa recepit: [quæ etiam huic historiæ nostræ commodum duximus * indere.]

* ingerere. W.

Interrogatio Augustini Episcopi Cantuariorum Ecclesiæ.

Ærest bi biscopum hu hi mid heora geferum drohtian 7 lifigean scylon. oþþe on ðam lacum geleaffumra ðe hi to * wigbedum 7 to Godes cyricum bringað. hu monige dælas þara beon scyle. 7 hu biscop on cyricean don sceole;

* weofodum. B. & C.

De Episcopis, qualiter cum suis clericis conversentur, vel de his quæ fidelium oblationibus accedunt altari, quanta debeant fieri portiones, & qualiter Episcopus agere in Ecclesia debeat?

Respondit Gregorius Papa urbis Romæ.

omƿiende cƿ'. Ic geseo oþre æ' on minum * leomum. ƿiþfeohtende ðære æ' mines modes. & gehæftendne me is lædende on synne æ'. seo is on minum limum. & gif he gehæfted wæs hwæt he þonne ne * feaht. Ac ða he feaht forðon he wæs gehæfted. & gefeaht mid ða æ' ðæs modes þære wiðfeaht seo æ' sefe on his limum wæs. gif he feaht ne wæs he gehæfted. & se mon bið þæs þe swa to cweþanne si. ægþwæþer ge gehæfted ge freo. he bið freo of ðære soþfæstnysse þe he lufaþ. he bið gehæfted of þære lustfullnysse ða he * byreð genydeð.

*limum C.

* flat. B.

* beres. C.

us miles gemebat dicens: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis.* Si autem *captivus* erat, minimè *pugnabat*, sed & *pugnabat*, quapropter & *captivus* erat, & *pugnabat*: igitur *legi mentis*, cui *lex* quæ in *membris* est, repugnabat. Si autem *pugnabat*, *captivus* non erat. Ecce itaque homo est (ut ità dixerim) *captivus* & *liber*. *Liber* ex justitia quam diligit, *captivus* ex *delectatione* quam portat invitus.

Rom. 7.

Ðis syndon swaþe ðæs eadigan Papan Scs' Gregorius to gefeahtunge & to gefrignysse þæs arwurðan biscopes Scs' Agustinus.

Hucusque responsiones beati Papæ Gregorii ad consulta reverendissimi antistitis Augustini [Epistolam verò quam se Arelatensi Episcopo fecisse commemorat, ad Vergilium Etherii successorem dederat. Cujus hæc forma est.]

NOTÆ.

Beatus Gregorius quæstionibus Augustini per omnia responsurus, illa quæ aut perfectè existunt Moralia, aut saltem quæ mediam inter Moralia & Cæremonialia viam tenere visa sunt (nè quid à populo Anglorum ad Deum converso, ἀσχημόνως fiat) juxta legem morum, ex solo verbo Dei, piè conatur instituere. Quanti hinc auctoritatem Beati Gregorii Majores nostri fecerint, analecta præsentes indicabunt: Sic Latinè transfero.

Gif ðe ðonne secgen suþan cymene Bryttc. oþþe Franca þ ðu gebann sceole her on eorþan ænig healdan þæs ðe Moyses iu mælde to leodum. na ðu ðæs andfeng æfre gewyrþe. ac þu þ wyls heald þ ðe suðan com from Romana rice hyrde Gregoriae gumena Papa.

Miscel. Sax. ad finem Bedæ Sax. MS. Cot. pag. 353. lin. 6.

Si quando tibi dixerint (ô Saxo) ab austro venientes Britanni, sive Franci, ut tenendum decernas hîc in terra quodcunque Moses olim populis tradiderit, hoc perpetuò, ut axioma, nè suscipias: Quin hoc ipsum observabis quod ab austro à GREGORIO *Pastore Romani imperii vigilantissimo, ad te pervenit.*

Verùm Ecclesia Catholica, Christi sponsa, licèt Gregorium Magnum magni faciat, Mosem tamen ut Legislatorem θεόπνευστον *longissimè anteponit. Christus verò qui habet* Sponsam Sponsus est; famulus & amicus Sponsi, sive Gregorius, sive alius quis, qui stetit & audivit eum, gavisus est propter vocem Sponsi: neque huic unquam Sponso propter Sponsam, sed Sponsæ propter Sponsum, in Mose loquentem, B. Gregorius auscultavit.*

* Joh. 3. 29.

ᵃ Gentem Anglorum fidem CHRISTI accepisse, (*prædicante Augustino*) & *S. Gregorius ad responsum primum*: Ecclesia Anglorum, auctore DEO, nuper ad fidem perducta est: συνεκδοχικῶς *pro parte gentis Anglorum, & pro parte Ecclesiæ, &c. Sic* Memoriale historiarum,* Augustinus Anglorum Episcopus cùm jam aliquam PARTEM Anglorum & Saxonum ad fidem convertisset, habitâ Synodo, & congregatis Episcopis Britanniæ & Scotiæ, eos ad se invitans hortatus

* MS. Bibl. Publ. Cantab. pag. 254. lin. 7.

est

eſt, ut RELIQUOS convertere poſſent, &c. *quod & res ipſa in hiſtoria præſenti copioſiſſimè demonſtrabit.*

b Clerici extra ſacros ordines, &c. *Huc referantur de mente B. Gregorii explicanda quæ de* * *Hom.* 34. *Latinè dedi: an ſenſum Gregorii rectè aſſequantur necne, aliorum ſit judicium.*

* Pag. 57. Dominica in Septuageſima.

Ælcum menn gedafenaþ clænnyſ ⁊ ſƿiþoſt gehadodum Godeſ ðeoƿum ꝥ ðæſ læƿedan manneſ clænnyſ ðæra ðe Gode ðeniað ꝥ hi eallunga fram flæſclicum luſtum hi forhabbon. ⁊ ðam gehadodum gedafenaþ ꝥ hi Gode geſtrynon ða cild ða læƿedan men to ðyſſere ƿorulde geſtryndon ; Gemæneſ hadeſ preoſtum iſ alyfed æfter ðæſ halgan Gregorieſ tæcinge. ꝥ hi ſyferlice ſinſcipeſ brucon ; Ƿitodlice ðam oþrum ðe æt Godeſ ƿeofode ðeniaþ ꝥ iſ Mæſſepreoſtum. ⁊ Diaconum iſ eallunga forboden ælc hæmed ;

Singulis hominibus caſtitas convenit: maximè autem Dei miniſtris ſacros ordines conſecutis: hoc eſt, Laicorum hominum caſtitas, illorum ſcilicet qui Deo ſerviunt, hujuſmodi eſt, ut illi omnino à carnalibus concupiſcentiis ſe abſtineant: Ordinatis autem convenit, ut Deo liberos procrearent, quos homines Laici huic mundo procreârunt. * COMMUNIS ORDINIS SACERDOTIBUS *licebit, ſecundùm S. Gregorii inſtitutionem,* UT SOBRIE CONJUGIO UTI VELINT; *verùm cæteris qui ad altare Dei ſerviunt, hoc eſt, Miſſæ ſacerdotibus, & Diaconis, quodvis conjugium omnino interdicitur.*

* *Hunc ipſum Bedæ locum intelligit.*

Poſt Scripturam ſacram imprimis obtinet canon ille notiſſimus Apoſtolorum, viz. Ἐπίσκοπος, ἢ Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας, *&c. id eſt,* Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ſuam uxorem nè ejiciat ſub prætextu religionis; ſin verò ejecerit, excommunicetur; perſiſtens verò, deponatur.

Vide Zonaram in Canon. SS. Apoſtol. Canon. 5. & Balſamon in eundem Canon.

c In qua tu SOLUS Epiſcopus, &c. *ſcilicet Auguſtinus: ſolus* viz. *à B. Gregorio adhuc in Anglorum Eccleſiam Epiſcopus inſtitutus. Verùm tunc temporis ſolus in Anglia Epiſcopus haud fuit Auguſtinus: nam in aula Regis Cantii (Anglorum) Ethelberti ſcil. Luidhardus, natione Gallus, Reginæ Berhtæ, etiam Gallicæ Heroinæ, in ſacris Doctor, Epiſcopus claruit: Claruerunt quoque in eadem inſula Britannia (de qua re hoc cap. conſulite, & lib. 2. cap. 2.) Epiſcopi Britannorum, neque illi ab hujus operis (conſecrandi Epiſcopos) communione eximendi viderentur: Nam Cedda Eboracenſium Epiſcopus à VVini Britannico Epiſcopo duobus quoque Presbyteris Britannicis adjuto, conſecratus fuit: ſed V. Beda cauſam ſubdit,* Non enim erat (*inquit*) tunc ullus, excepto illo Wini, in tota Britannia canonicè ordinatus: *Quin verò cæteros, ætate Auguſtini, Britannicos Epiſcopos B. Gregorius Epiſcoporum titulo dignos cenſuit; neque canonem Britannicæ inſtitutionis (modò conveniſſet de Paſcha obſervando, &c.) ſummus ille Pontifex improbavit.*

Vide lib. 3. cap 28.

d Perverſi (*Epiſcopi Britannorum*) auctoritate corrigantur, *&c.* μετὰ πάσης ἐπιταγῆς. cum omni auctoritate, *Tit.* 2. 15. *ſed non* ἀποτόμως, acerbiùs, *quaſi* malæ beſtiæ, pigri ventres Cretenſium *fuiſſent, Tit.* 1. 13. Auctoritate JUSTA, *ſic emollit Th. Stapeltonus rectiſſimè: nè principes malis artibus incitati, afflictiſſimos Bangorenſes auctoritate injuſtâ, invito B. Gregorio, opprimerent. Gregorii mentem ex ore ſuo contemplemur, paulò ſuprà, ad quartum reſponſum, pag.* 82. Hoc tua (*ſcil. ô Auguſtine*) fraternitas ex perſona FURIS (*multò magis Epiſcopi*) penſare poteſt, qualiter valeat corrigi: *hinc infrà*, ex charitate agendum eſt (*cum fure ſcil. multò magis cum Epiſcopo*) non ex furore. *Senſus ergò eſt,* Perverſi Epiſcopi (*ô Auguſtine*) auctoritate, ex charitate, non ex furore, *abſque* * MINIS & cæde corrigantur. *Videte lib. 2 cap. 2.*

* *Eph.* 6. 9.

CAP. 28.

Ut Papa Gregorius Epistolam Arelatensi Episcopo pro adjuvando in opere Dei Augustino miserit.

Sax. deest. *Reverendissimo & sanctissimo fratri Virgilio coepiscopo Gregorius servus servorum Dei. Quantus sit affectus venientibus sponte fratribus impendendus, ex eo quod plerunque solent charitatis causâ invitari, cognoscitur. Et ideò si communem fratrem Augustinum Episcopum ad vos venire contigerit, ità illum dilectio vestra sicut decet affectuosè dulciterque suscipiat, ut & ipsum consolationis suæ * honore foveat, & alios qualiter fraterna charitas * colenda sit, doceat. Et quoniam sæpius evenit, ut hi qui longè sunt positi, priùs ab aliis quæ sunt * emendata cognoscant, si quas fortasse fraternitati vestræ sacerdotum vel aliorum culpas intulerint, unà cum eo residentes subtili cuncta investigatione perquirite. Et ità vos in ea quæ Deum offendunt, & ad iracundiam provocant, districtos ac solicitos exhibete, ut ad aliorum emendationem & vindicta culpabilem feriat, & innocentem falsa opinio non affligat. Deus te incolumem custodiat, reverendissime frater. Data die decimo Kalendarum Juliarum imperante Domino nostro Mauritio Tiberio piissimo Augusto anno decimo nono, post consulatum ejusdem Domini nostri anno decimo octavo, indictione quartâ.*

* bono refoveat T. & W.
* Sic MS. sing.
* emendanda. T. & C.

CAP. 29.

Ut idem Augustino pallium & epistolam, & plures verbi ministros miserit.

Swylce Augustinus het him eac onbeodan þæt her wære mycel riip ondweard and *fea wyrhtan. And he þa sende mid ðam foresprecenan ærendwracan him maran fultum to godcundre lare. on þam wæron ða æresten ⁊ ða mæstan. Mellitus. ⁊ Justus. ⁊ Paulinus. ⁊ Rufinianus. ⁊ ðurh hi sende gemænelice ða ðing eall ða ðe to cyrican bigange ⁊ þenunge nydþearflico wæron. husel fatu. ⁊ * wigbid hrægl. ⁊ cyricean frætwednesse. ⁊ biscop gegyrelan. ⁊ diacon gegyrelan. swylce eac ðara Apostola ⁊ haligra Martyra reliquias. ⁊ monige bec; Sende he eac swylce Augustine ðam Biscop pallium ⁊ gewrit. on ðam he getacnade hu he sceolde oþre Biscopas halgian ⁊ on hwylcum stowum settan on Breotone;

* feawe. C.
* wibed hrægl. B. weofod hrægl. C.

Præterea idem Papa Gregorius Augustino Episcopo (quia suggesserat ei *multam quidem sibi esse messem, sed operarios paucos*) misit cum præfatis legatariis suis plures cooperatores ac verbi ministros, in quibus primi & præcipui erant Mellitus, Justus, Paulinus, Rufinianus, & per eos generaliter universa, quæ ad cultum erant ac ministerium Ecclesiæ necessaria,[a] vasa videlicet sacra & vestimenta altarium, ornamenta quoque ecclesiarum, & sacerdotalia vel clericalia indumenta, sanctorum etiam Apostolorum ac Martyrum reliquias: nec non & codices plurimos. Misit etiam literas, in quibus significat, se ei pallium direxisse, simul & insinuat qualiter Episcopos in Britannia constituere debuisset: [quarum literarum iste est textus.]

Matth. 9. 37.

Sax. deest. *Reverendissimo & sanctissimo fratri Augustino coepiscopo Gregorius servus servorum Dei. Cùm certum sit, pro omnipotenti Deo laborantibus ineffabilia æterni regni præmia reservari, nobis tamen eis necesse est honorum beneficia tribuere, ut in spiritalis operis studio ex remuneratione valeant multipliciùs insudare. Et quia nova Anglorum Ecclesia ad omnipotentis DEI gratiam, eodem Domino largiente, &*

te

te laborante perducta est, usum tibi[b] *pallii in ea ad sola Missarum solennia agenda, concedimus, ità ut per loca singula duodecim Episcopos ordines qui tuæ subjaceant ditioni, quatenus* Londoniensis civitatis Episcopus semper in posterum à synodo propria debeat consecrari; atque honoris pallium ab hac sancta & Apostolica (cui Deo auctore deservio) sede percipiat. Ad* Eboracũ verò civitatem te volumus Episcopum mittere, quem ipse judicaveris ordinare, ità duntaxat, ut si eadem civitas cum finitimis locis VERBUM DEI receperit, ipse quoque* duodecim Episcopos ordinet, & Metropolitani honore perfruatur. Quia ei quoque (si vita comes fuerit) pallium tribuere, Domino favente disponimus; quem tamen tuæ fraternitatis volumus dispositioni subjacere. Post obitum verò tuum ità Episcopis, quos ordinaverit, præsit ut Londoniensis * Episcopi nullo modo ditioni subjaceat. Sit verò inter Londoniensis & Eboracensis civitatis Episcopos in posterum honoris ista distinctio, ut ipse prior habeatur qui priùs fuerit ordinatus. Communi autem consilio & concordi actione quæque sunt pro Christi Zelo agenda, disponant unanimiter; rectè sentiant, & ea quæ senserint, non sibimet discrepando perficiant. Tua verò fraternitas non solùm eos Episcopos quos ordinaverit, neque hos tantummodò qui per Eboraci Episcopum fuerint ordinati, sed etiam omnes Britanniæ sacerdotes habeat, Deo Domino nostro Jesu Christo auctore, subjectos. Quatenus ex lingua & vita tuæ sanctitatis & rectè credendi & bene vivendi * formam percipiant, atque officium suum fide ac moribus exequentes ad cœlestia, cùm Dominus voluerit, regna pertingant. Deus te incolumem custodiat, reverendissime frater. Data die decimâ Kalendarum Juliarum, Imperante Domino nostro Mauritio Tiberio piissimo Augusto, anno decimonono, post consulatum ejusdem Domini anno decimo octavo, indictione quartâ.*

* *RR Armach. in primord. pag.* 69.70. & 71.
* *Idem ibid. pag.* 77. *lin.* 24.
* *ibid pag.* 92. *lin.* 18.
* *Sic MS. sing sed* Episcopus, *Edit. Col.*
* *Sic MS. sing. sed* normam *Edit. Col.*

NOTÆ.

[a] *De libris, Bibliis scilicet Gregorianis, de psalterio Augustini &c. de vestimentis sacerdotalibus, de vasis aureis & argenteis, de reliquiis & pallio à Beato Gregorio in Britanniam missis, vide librum Cantuariensem Aulæ Trin. Cantabrigiæ, à me, si copiæ suppetant, cum Deo, in lucem edendum: modo possessoribus, aliisque viris doctis indefessos labores meos, & historiæ Ecclesiæ veteris nostræ illustrandæ studium, & gratum & utile imprimis, futurum persentiscam.*

De libris enumerandis perpaucis quidem, at gemmis & pretiosis lapidibus mirificè ornatis; auctor, hac in fine subjungit, viz. Hæ sunt PRIMITIÆ LIBRORUM TOTIUS Ecclesiæ ANGLICANÆ.

[b] DE PALLIO APOSTOLICO *hac pauca ex eodem MS° codice descripseram: viz.* Apostolicum pallium cum istis sacrosanctis xeniis, per eosdem legatarios, ut promittitur, eidem Augustino sub eodem tempore à Beato Gregorio, anno scil. Domini DCI, est transmissum, tanquam GRANDE Christi * SACRAMENTUM, virtutúmque omnium indumentum, quod est vinculum dilectionis Dei & fratrum, ut Christi Vicarius sit medius * consiliator Dei & hominum, & zona paterna, justitiæ circumcinctus, Angelos & homines, terram confœderet & cœlum. *Hactenus liber Cantuariensis. Cæterùm, usus pallii ex ore Beati Gregorii* in Missa celebranda *nobis innotescit: & Beatus Gregorius, licèt obscurè, innuit: debere scil. hoc signo, Ecclesiam nostram sedi, S. Gregorii subjacere: sic de Londinensi Episcopo paulò infrà loquitur, viz.* Ut honoris pallium ab hac sancta & Apostolica sede percipiat: *sed apertissimè Honorius Papa, literis suis ad Edwinum Nordhymbrorum apud Anglos regem, datis, pallium indictum fore, quâ auctoritate in Episcopalem sedem quis provectus fuerit. Sic Honorius,* Dum quis Episcoporum de hoc seculo ad auctorem suum fuerit accersitus, in loco ipsius alterum Episcopum ex hac nostra [*Papæ scil.*] * AUCTORITATE [*metropolitanus*] debeat subrogare.

* *At solus* Christus *suorum* sacramentorum auctor *esto.*
* *At vide obsecro* 1. *Tim.* 2. 5. Εἷς γὰρ Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστὸς
Vid. lib. 2. *cap.* 17.
* *Quæ tamen* οὐκ αὐθεντεῖ.

Cap. 30.

Exemplar Epistolæ, quam Mellito Abbati Britanniam pergenti miserit.

Sax. deest. ABeuntibus autem præfatis legatariis, misit post eos beatus pater Gregorius literas memoratu dignas, in quibus apertè, quàm studiosè erga salvationem nostræ gentis invigilaverit, ostendit; ità scribens: *Dilectissimo filio Mellito Abbati Gregorius servus servorum Dei. Post discessum congregationis nostræ quæ tecum est, valde sumus suspensi redditi; quia nihil de prosperitate vestri itineris audisse nos contigit. Cùm ergò Deus omnipotens vos ad reverendissimum virum fratrem nostrum Augustinum Episcopum perduxerit, dicite ei quid diu mecum de causa Anglorum cogitans tractavi: videlicet quòd fana idolorum destrui in eadem gente minimè debeant: sed ipsa quæ in eis sunt idola destruantur, aquâ benedictâ fiat, in eisdem fanis aspergatur, altaria construantur, reliquiæ * ponantur.* *Sic MS. sing.* *Quia si fana eadem bene constructa sunt, necesse est ut à cultu dæmonum in obsequia veri Dei debeant commutari; ut dum gens ipsa eadem* fana sua non videt destrui, de corde errorem deponat, & Deum verum cognoscens ac adorans, ad loca quæ consuevit familiariùs concurrat. Et quia boves solent in sacrificio dæmonum multos occidere, debet eis etiam hac de re aliqua solennitas immutari. Ut die dedicationis vel natalitiis sanctorum martyrum, quorum illic reliquiæ ponuntur, tabernacula sibi circa easdem Ecclesias, quæ ex fanis commutatæ sunt, de ramis arborum faciant, & religiosis conviviis solennitatem celebrent, nec diabolo jam animalia immolent, sed ad laudem Dei in esu suo animalia occidant, & donatori omnium de satietate sua gratias referant, ut dum eis aliqua exteriùs gaudia reservantur, ad interiora gaudia consentire faciliùs valeant. Nam duris mentibus simul omnia abscindere impossibile esse non dubium est. Quia & is qui summum locum ascendere nititur, gradibus vel passibus non autem saltibus elevatur: Sic Israelitico populo Dominus in Ægypto quidem innotuit: sed tamen eis sacrificiorum usus, quæ* Diabolo solebat exhibere, in cultu proprio reservavit; ut eis in suo sacrificio animalia immolare præciperet, quatenus cor mutantes, aliud de sacrificio amitterent, aliud retinerent, ut & ipsa essent animalia, quæ offerre consueverant, vero tamen Deo hæc, & non idolis immolantes jam sacrificia ipsa non essent. Hæc igitur dilectionem tuam prædicto fratri necesse est dicere, ut ipse in præsenti illic positus perpendat, qualiter omnia debeat dispensare. Deus te incolumem custodiat, dilectissime fili. Data die decimaquintâ Kalendarum Juliarum, Imperante Domino nostro Mauritio Tiberio piissimo Augusto, anno decimonono, post consulatum ejusdem Domini anno decimooctavo, indictione quartâ.*

** Ut fana, & festa, ejecto diabolo, mutatóque impio cultu, Deo vero sensim dicaventur.*

** De qua re tamen, Scriptura silente, pleniùs rimandum.*

Cap. 31.

Ut Augustinum per literas nè de virtutibus suis gloriaretur hortatus sit.

Sax. deest. QUo in tempore misit etiam Augustino epistolam super miraculis, quæ per eum facta esse cognoverat; in qua eum nè per illorum copiam periculum elationis incurrerit, his verbis hortatur: *Scio, frater charissime, quia omnipotens Deus per dilectionem tuam * in gentem quam eligi voluit magna miracula ostendit.* ** in gente. W. & C.* *Unde necesse est, ut de eodem dono cœlesti & timendo gaudeas, & gaudendo pertimescas. Gaudeas videlicet, quia Anglorum animæ per exteriora miracula ad interiorem gratiam pertrahuntur: pertimescas verò, nè inter signa quæ fiunt infirmus animus in sua præsumptione se elevet, & undè foris in honorem tollitur, indè per inanem gloriam intus cadat. Meminisse etenim debemus, quod discipuli cum gaudio à prædicatione redeuntes, dum cœlesti Magistro dicerent:* Domine, in nomine tuo etiam dæmonia nobis subjecta sunt; *protinus audierunt,* Nolite gaudere super hoc, sed potiùs gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. Luc. 10. 17. *In privata enim & temporali lætitia mentem posuerant, qui de miraculis gaudebant; Sed de privato ad communem & de temporali ad æternam lætitiam revocantur,*

vocantur, quibus dicitur: In hoc gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. *Non enim omnes electi miracula faciunt: sed tamen eorum nomina omnium in cœlo tenentur adscripta. Veritatis etenim discipulis esse gaudium non debet, nisi de eo bono, quod commune cum omnibus habent, & in quo finem lætitiæ non habent. Restat itaque, frater charissime, ut inter ea quæ operante Domino exterius facis, semper te interius subtiliter judices, ac subtiliter intelligas, & temetipsum quis sis, & quanta sit in eadem gente gratia, pro cujus conversione etiam faciendorum signorum dona percepisti. Et si quando te creatori nostro, seu per linguam seu per opera reminisceris deliquisse, semper hæc ad memoriam revoces, ut surgentem cordis gloriam memoria reatus premat: Et quicquid de faciendis signis acceperis vel accepisti, hæc non tibi, sed eis deputes donata, pro quorum tibi salute collata sunt.*

Cap. 32.

Ut Ethelberto Regi literas & dona miserit.

Sende he eac swylce on ða ylcan tid se eadiga Papa Gregorius Æþelbyrhte cyninge ærendgeƿrit somod 7 ƿorold gife monige on mistenlicum mægƿlitan. ƿolde eac swylce þone cyning mid þyssum hƿilendlicum arum ƿuldrian ðam ðe he ðær heofonlican ƿices ƿuldor mid his geƿinne 7 mid his lare geornnesse openede 7 cyþde;

Misit & idem beatus Papa Gregorius eodem tempore etiam Regi * Ethelberto epistolam, simul & dona in diversis speciebus * perplura: temporalibus quoque honoribus Regem glorificare satagens, cui gloriæ cœlestis suo labore & industriâ notitiam provenisse gaudebat. [Exemplar autem præfatę epistolæ hoc est.]

* Æthilberchto. C.

* Sic MS. sing ut Sax. sed perpulchra Edit. Col.

Sax. deest. *Domino gloriosissimo atque præcellentissimo filio Ethelberto Regi Anglorum, Gregorius Episcopus. Propter hoc OMNIPOTENS DEUS bonos quosque ad regimina populorum perducit, ut per eos omnibus quibus PRÆLATI fuerint dona suæ pietatis impendat. Quod in Anglorum gente factum cognovimus: cui vestra gloria est idcirco* prępositа, *ut per bona, quæ vobis concessa sunt, etiam subjecta VOBIS genti superna beneficia præstarentur. Et ideo (gloriose fili) eam quam accepisti divinitus gratiam solicitâ mente custodi:* Christianámque *fidem in populis TIBI subditis extendere festina, zelum rectitudinis tuæ in eorum multiplica conversione, idolorum cultus insequere, fanorum ædificia everte, subditorum mores ex magna vitæ munditia exhortando, terrendo, blandiendo, corrigendo, & boni operis exempla monstrando ædifica; ut illum retributorem invenias in cœlo, cujus nomen atque cognitionem dilataveris in terra. Ipse enim vestræ quoque gloriæ nomen etiam posteris gloriosius reddet, cujus vos honorem quæritis & servatis in gentibus. Sic etenim* Constantinus, *quondam piissimus Imperator, Romanam rempublicam à perversis idolorum cultibus revocans,* Omnipotenti Deo Domino nostro Jesu christo *secum subdidit, seque cum subjectis populis totâ ad * eum mente convertit. Unde factum est, ut antiquorum principum nomen suis, vir ille, laudibus vinceret: & tantò in opinione præcessores suos quantò & in bono opere superaret. Et nunc itaque vestra gloria cognitionem* unius Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti *Regibus ac populis* sibimet *subjectis festinet infundere; ut & antiquos gentis suæ Reges laudibus ac meritis transeat, & quantò in subjectis suis etiam aliena peccata deterserit, tantò etiam de peccatis propriis ante omnipotentis Dei terribile examen securior fiat. Reverendissimus frater noster Augustinus Episcopus in monasterii regula doctus, sacræ* Scripturæ *scientiâ repletus, bonis,* Auctore Deo, *operibus præditus, quæque vos admonet libenter audite, devotè peragite, studiosè in memoria reservate. Quia si vos eum in eo quod pro* Omnipotenti Deo *loquitur auditis, idem omnipotens Deus hunc pro vobis exorantem celeriùs exaudiet. Si enim (quod absit) verba ejus postponitis, quomodo eum omnipotens Deus poterit audire pro vobis, quem vos negligitis* audire pro Deo?

* Sic MS. sing.

Tota igitur mente cum eo vos in fervore fidei stringite, atque ad nisum illius virtute quam vobis divinitas *tribuit adjuvante, ut regni sui vos ipse faciat participes, cujus vos fidem in regno vestro recipi facitis & custodiri. Praterea scire vestram gloriam volumus, quod sicut in* Sciptura sacra *ex verbis Domini omnipotentis agnoscimus, prasentis mundi jam terminus juxtà est, & sanctorum regnum venturum est, quod nullo unquam poterit fine terminari. Appropinquante autem eodem mundi termino, multa imminent quæ antea non fuerunt; videlicet, immutationes aeris, terrorésque de cælo, & contra ordinem temporum tempestates, bella, fames, pestilentia, terræ motus per loca, quæ tamen non omnia nostris diebus ventura sunt, sed post nostros dies omnia subsequentur. Vos itaque si qua ex his evenire in terra vestra cognoscitis, nullo modo animum vestrum perturbetis: quia idcirco hæc signa de fine seculi præmittuntur, ut de animabus nostris debeamus esse soliciti, de mortis hora suspecti, & venturo Iudici in bonis actibus inveniamur esse præparati. Hæc nunc (gloriose fili) paucis locutus sum, ut cùm* CHRISTIANA FIDES *in regno vestro excreverit, nostra quoque locutio apud vos latior excrescat, & tantò plùs loqui libeat, quantò se in mente nostra gaudia de gentis vestræ perfecta conversione multiplicant. Parva autem xenia transmisi, quæ vobis parva non erunt, cùm à vobis ex beati Petri Apostoli fuerint benedictione suscepta. Omnipotens itaque Deus in vobis gratiam suam quam cæpit perficiat, atque vitam vestram & hic per multorum annorum curricula extendat, & post longa tempora in cælestis vos patriæ congregatione recipiat. Incolumem Excellentiam vestram gratia superna custodiat, Domine fili. Data die decimâ Kalendarum Juliarum, Imperante Domino nostro Mauritio Tiberio piissimo Augusto, anno decimonono, post consulatum ejusdem anno decimo octavo, indictione quartâ.*

CAP. 33.

Ut Augustinus Ecclesiam Salvatoris instauraverit, & monasterium beati Petri Apostoli fecerit, & de primo ejus Abbate Petro.

AND ða Scs' Agustinus se biscop sona ðær ðe he ðam biscop setle onfeng on ðære cynelican byrig. ða ednipode he 7 worhte mid cyninges fultume ða cyricean ðe he ær geara iu geleornade ealde Romanisce weorce geworhte beon. 7 ða on ures Drihtnes hælendes Cristes noman gehalgode. 7 he ðær him sylfum eardung stowe gesette 7 his æfterfyligendan. Swylce he eac Mynster getimbrade eastan ðære ceastre. on ðam mid his getrymnesse 7 lare Æðelbyrht se cyning weorðlice cyricean het getimbrian ðara eadigra Apostola Petri 7 Pauli. 7 he hi mid missenlicum geofum gewelgode. Prion ðære cyricean Agustinus lic. 7 eallra Cantwara biscopa somod. 7 heora cyninga gesette beon mihten. Ða cyricean hwæðere nalæs he Agustinus ac Laurentius B. his æfterfy-

AT Augustinus ubi in regia civitate sedem Episcopalem (ut prædiximus) accepit, recuperavit in ea, regio fultus adminiculo, Ecclesiam quam * ibi Romanorum antiquorum fidelium opere factam fuisse didicerat, & eam in nomine sancti Salvatoris Dei & Domini nostri Jesu Christi sacravit, atque ibidem sibi habitationem statuit & cunctis successoribus suis. Fecit autem & Monasterium non longè ab ipsa civitate ad Orientem, in quo ejus hortatu * Ethelbertus Ecclesiam beatorum Apostolorum Petri & Pauli à fundamentis construxit, ac diversis donis ditavit; in qua & ipsius Augustini & omnium Episcoporum Dorovernensium, simul & Regum * Cantii poni corpora possent. Quam tamen Ecclesiam non ipse Augustinus, sed successor ejus Laurentius consecravit. Prion

* inibi. *MS. sing. RR. Armach. in primord. pag* 130. *lin.* 25.

* Æthilberct *C.*

* Cantiæ. *MS. sing.*

terfy-

terfyligend hi gehalgode; Þæs se æresta Abbod ðæs ylcan Mynstres Petrus haten mæsse-preost. se wæs eft ærend-draca sended on Gallia rice. 7 ða wæs besenced on sumne sæs *sceat se wæs haten Ampleot. 7 fram ðære stowe bigengum on* uncymre byrigenne geseted wæs ac se ælmihtiga God wolde gecyþan hwylcre geearnunge se halga wer wære æghwylce niht ofer his byrigenne * heofonlic leoht wæs ætywed. oð ðæt þa neh men ongeaton þa ðe hit gesawon. þ þ wæs mycel wer 7 halig man sehe ðær bebyriged wæs. 7 hi ða sywredan hwæt. 7 hwonan he wæs. genaman ða his lichoma 7 on Bonagia ða ceastre æfter gewirenne ane swa myclum were 7 swa halgum on cyricean gesetton 7 bebyrigdon;

mus autem ejusdem monasterii Abbas Petrus presbyter fuit, qui legatus Galliam missus, demersus est in sinu maris, qui vocatur Amfleat, & ab incolis loci ignobili traditur sepulturæ: sed omnipotens Deus, ut qualis meriti vir fuerit demonstraret, omni nocte supra sepulcrum ejus lux cœlestis apparuit; donec animadvertentes vicini qui videbant sanctum fuisse virum, qui ibi esset sepultus, & investigantes unde & quis esset, abstulerunt corpus: & in Bononia civitate juxta honorem tanto viro congruum in Ecclesia posuerunt.

* *aliàs*, fleot. *Cantab.* sceað. C.

* *sic MS. B. & C. sed Cantab* un-cymre.

* mycel leoht. B.

Cap. 34.

Ut Ethelfridus Rex Nord Humbrorum, Scotorum gentes prælio conterens, ab Anglorum finibus expulsus est.

ÞYssum tidum fore wæs Norþanhymbra rice se strangesta cyning 7 se gylp georngesta Æþelfrið wæs haten. se ma eallum Angel cynnum 7 ealdormannum Brytta þeode fornom. 7 forhergode. swa efne ðæt þe mihte widmeten beon Saule iu cyninge Israhela þeode butan þ he wæs ðære godcundan æfestnysse unwis; Ne wæs ærne ænig cyning. ne ealdorman þ ma heora landa ute amærde. 7 him to gewealde underþeodde forðon ðe he hi to gafulgyldum gesette on Angel ðeodde. oþþe of heora *lande adraf. mihte swyþe well beon to him geþeoded se cwide ðe Jacob se heah fæder on Saules hade ðæs wcyninges cwæð. ða his sunu bletsade. Beniamin is wirende wulf on ær mergen he yteð hlofe. 7 on æfenne here reaf dæleð; Ða wæs for his * fromscype onstyred Ædon Sceotta cyning ða ðe on Breotone eardiaþ. teh hine ða fyrdon

HIs temporibus Nordhumbrorum regno præfuit rex fortissimus & gloriæ cupidissimus *Ethelfridus, qui plùs omnibus Anglorum primatibus gentem vastabat Britonum; ità ut Sauli quondam, Regi Israeliticæ gentis comparandus videretur, excepto duntaxat hoc, quòd divinæ erat religionis ignarus. Nemo enim in tribunis, nemo in regibus plures eorum terras, exterminatis vel subjugatis indigenis, aut tributarias genti Anglorum, aut habitabiles fecit. Cui meritò poterat illud, quod benedicens filium Patriarcha in persona Saulis dicebat, aptari; *Benjamin lupus rapax, manè comedet prædam, & vesperè dividet spolia.* Unde motus ejus profectibus *Edan rex Scotorum, qui *Britanniam inhabitant, venit

* Æthilfrid. C

Gen. 49. 27.

* Ædan. *W. & C.*

RR. Armach. in primord. pag. 710.

* *Et ibid. p. 734*

* þeode. B.

* forþ-scype. C.

fẏrdon. ⁊ com mid unmæte weo-
rode ⁊ strange wiþ hine to ge-
feohte. ac he hwæþere oferswẏ-
ðed mid feawum on weg fleah;
Wæs ðis gefeoht geworden on
ðære mæran stowe ðe cweden is
Degsastan. ðær * lẏtestne eall
his weorod ofslegen wæs. on þam
gefeohte eac swẏlce Ðeodbald
Æþelfriþes broþor wæs ofsle-
gen mid ealle ðẏ weorude ðe he
lædde. ꝥ gefeoht Æþelfrid ge-
fremede ðẏ *ællẏftan geare his
rices ꝥ he hæfde feower ⁊ twen-
tig wintra. ꝥ wæs ꝥ ærest e gear
Focatis ðæs Caseres. se ðe hæf-
de Romana rice ; Sẏþþan of
ðære tide nænig Scotta cẏning dorste wið Angel ðeode
to gefeohte cuman oð þisne andweardan dæg;

* lẏtle ær. C.

* *aliàs* ænlẏf-tan *Cantab. sed* endlef-tan. B. æfte-ran. C.

contra eum cum immenso ac forti exercitu, sed cum paucis victus aufugit. Siquidem in loco celeberrimo qui dicitur * Degsastan [id est, *Degsę lapis,] omnis penè ejus est cæsus exercitus. In qua etiam pugna Theodbaldus frater Ethelfridi cum omni illo quē ipse ducebat exercitu peremptus est. Quod videlicet bellum *Ethelfridus [anno ab incarnatione Domini sexcentesimo tertio] regni autem sui, quod vinginti quatuor annis tenuit, anno undecimo perfecit. Porrò anno Focatis, qui tum regni Romani apicem tenebat, primo. Neque ex eo tempore, quisquam regum Scotorum in Britanniam adversus gentem Anglorum usque ad hanc diem in prȩlium venire audebat.

* *Sic W. & C. sed* Degsestan *T.*

* *Sic MS. Tr. sed* Degsa lapis, *W. & edit. Col.*

* Æðilfrid. C

Her endaþ seo ærest e boc. ⁊ onginneþ seo oþer.

Hic desinit liber primus, & incipit secundus.



ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ GENTIS ANGLORUM

LIBER II.

Cap. I.

De obitu beati Papæ Gregorii.



ÐYssum tidum ꝥ is fif ƿinter ⁊ six hund ƿintra æfter þære drihtenlican menniscnysse. se eadiga Papa Gregorius æfter þon ðe he ꝥ setl þære Romaniscan cyrican ⁊ þære Apostolican þreottyne gear ⁊ syx monað ⁊ tyn dagas ƿulderlice heold ⁊ rehte. ða *ƿæs* forþfered ⁊ to þam ecan setle þæs heofonlican rices læded ƿæs ⁊

[redacted]



HIs temporibus, id est, anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo quinto beatus Papa Gregorius postquam sedē Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ tredecim annos, menses sex, & dies decem gloriosissimè rexit, defunctus est, atq; ad æternam regni cœlestis sedem translatus. *Anno Dom. 605.* [De quo nos convenit (quia nostram, id est, Anglorum gentem de potestate Satanæ ad fidem Christi suâ industriâ convertit) latiorem in nostra historia Ecclesiastica facere sermonem, quem rectè nostrum appellare possumus & debemus Apostolum. Quia cùm primum in toto*orbe gereret Pontificatum,& conversis jamdudum ad fidem veritatis esset prælatus Ecclesiis, nostram gentem eatenus idolis mancipatam Christi fecit Ecclesiam, ità ut Apostolicum illum de eo liceat nobis proferre sermonem. Quia etsi aliis non est Apostolus, sed tamen nobis est. Nam signaculum Apostolatûs ejus nos sumus in Domino. Erat autem natione Romanus, ex patre Gordiano, genus à proavis non solùm nobile, sed & religiosum ducens. Deinde Felix ejusdem sedis Apostolicæ quondam Episcopus, vir magnæ glorię in Christo & Ecclesia ejus fuit atavus. Sed & ipse nobilitatē religionis non minore quàm parentes & cognati virtute devotionis exercuit. Nobilitatem verò illam, quam ad seculum videbatur habere, totam ad nanciscendam supernæ gloriam dignitatis divinâ gratiâ largiente convertit. Nam mutato repentè seculari habitu, monasterium petiit, in quo *tantâ perfectionis gratiâ cœpit conversari, ut (sicut ipse postea flendo attestari solebat) animo illius *labentia cuncta subteressent, ut rebus omnibus quæ volvuntur emineret, ut nulla nisi cœlestia cogitare soleret, ut etiam retentus corpore ipsa jam carnis claustra contemplatione transiret, ut mortem quoque quæ penè cunctis pœna est, videlicet ut ingressum vitæ & laboris sui præmium amaret. Hoc autem ipse de se non profectum jactando virtutum, sed deflendo potiùs defectum, quem (ut referre consueverat) sibi per curam pastoralem incurrisse videbatur. Denique tempore quodam secreto, cum diacono suo Petro colloquens, enumeratis animi sui virtutibus priscis mox dolendo subjunxit. At nunc ex occasione curæ pastoralis secularium hominum negotia patitur, & post tam pulchram quietis suæ speciem terreni actûs pulvere fœdatur. Cúmque se pro condescensione multorum ad exteriora sparserit, etiam cùm interiora appetit, ad hæc proculdubio minor rediit. Perpendo itaque quid tolero, perpendo quid amisi, dúmque intueor illud quod perdidi, fit hoc gravius quod porto. Hęc quidem sanctus vir ex* magna humilitatis intentione dicebat.

* corde. *W. perperam.*

* profectionis *T.*

* libentia. *VV*

* magnæ. *Coll. Johan.*

Sed nos credere decet, nihil eum Monasticę perfectionis perdidisse, occasione curæ pastoralis, imò potiorem tunc sumsisse profectum de labore conversionis multorum, quam de propria quondam quiete conversationis habuerat, maximè quia & pontificali functus officio domum suam monasterium facere curavit. Et dum *primùm de monasterio abstractus, ad ministerium altaris ordinatus, atque Constantinopolim *apocrisarius ab Apostolica sede directus est, non tamen in terreno conversatus palacio propositum vitæ cœlestis intermisit. Nam quosdam fratrum ex monasterio suo, qui eum gratię germanæ charitatis ad Regiam urbem secuti sunt, in tutamentum cœpit observantiæ regularis habere: *videlicet ut eorum semper exemplo (sicut ipse scribit) ad orationis placidum litus, quasi anchorę fune restringeretur, cum incessabili causarum secularium impulsu fluctuaret: concussámque seculi actibus mentem, inter eos quotidie per studiosæ lectionis roboraret alloquium. Horum ergò consortio non solùm à terrenis est munitus incursibus, verumetiam ad cœlestis exercitia vitę magis magísque succensus. Nam hortati sunt eum, ut librum beati Job magnis involutum obscuritatibus mystica interpretatione discuteret; neq; negare potuit opus, quod sibi fraternus amor multis utile futurum imponebat. Sed eundem librum, quomodo juxta literam intelligendus, qualiter ad Christi & Ecclesiæ Sacramenta referendus, quo sensu unicuique fidelium sit aptandus, per triginta quinque libros expositionis, mirandâ ratione perdocuit. Quod videlicet opus in Regia quidem urbe apocrisarius inchoavit; Romæ autem jam factus Pontifex *implevit. Qui cum esset adhuc Regia in urbe positus, nascentem ibi novam hæresim de statu nostræ resurrectionis, cum ipso quo exorta est initio, juvante se gratiâ Catholicæ veritatis attrivit. Siquidem Euticius ejusdem urbis Episcopus dogmatizabat, corpus nostrum in illa resurrectionis gloria impalpabile, ventis aeríque subtilius esse futurum. Quod ille audiens, & ratione veritatis, & exemplo Dominicæ resurrectionis probavit hoc dogma orthodoxæ fidei omnibus modis esse contrarium. Catholica etenim fides habet, quod corpus nostrum in illa immortalitatis gloria sublimatum, subtile quidem sit per effectum spiritualis potentiæ, sed palpabile per veritatem naturæ, juxta exemplum Dominici corporis, de quo à mortuis suscitato, dicit ipse discipulis: *Palpate & videte, quia Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* In cujus assertione fidei, venerabilis pater Gregorius, in tantùm contra nascentem hæresim novam, laborare contendit, tantâ hac instantiâ, juvante etjam piissimo imperatore Tiberio Constantino comminuit, ut nullus exinde sit inventus, qui ejus resuscitator exsisteret. Alium quoque librum composuit egregium, qui vocatur Pastoralis, in quo manifesta luce patefecit, *qualis ad Ecclesiæ regimen assumi, qualiter ipsi *rectores vivere, quâ discretione singulas quasque audientium instruere personas, & quantâ consideratione propriam quotidie debeant fragilitatem pensare. Sed & homilias Evangelii numero quadraginta composuit, quas in duobus codicibus æquâ sorte distinxit; Libros etiam Dialogorum quatuor fecit, in quibus rogatu Petri diaconi sui, virtutes sanctorum, quos in Italia clariores nôsse vel audire poterat, ad exemplum vivendi posteris collegit, ut (sicut in libris Expositionum suarum quibus sit virtutibus insudandum edocuit) ità etiam descriptis sanctorum miraculis, quæ virtutum earundem sit claritas, ostenderet. Primam quoque & ultimam Ezechielis Prophetæ partem, quæ videbantur obscuriores, per homilias viginti duas, quantum lucis intus habeant, demonstravit. Excepto libello Responsionum, quem ad interrogationes sancti Augustini primi Anglorum gentis Episcopi, scripsit, ut & suprà docuimus, totum ipsum libellum his *inserentes historiis: libello quoque Synodico, quem cum Episcopis Italiæ de necessariis Ecclesiæ causis utilissimum composuit: & familiaribus ad quosdam literis. Quod eò magìs mirum est, tot eum ac tanta condere volumina potuisse, quod penè omni juventutis suæ tempore (ut verbis ipsius loquar) crebris viscerum doloribus cruciabatur, horis momentísque omnibus fractâ stomachi virtute lassescebat, lentis quidem, sed tamen continuis febribus anhelabat. Verùm inter hæc dum solicitus pensaret, quia, Scripturâ teste, *Omnis filius qui recipitur, flagellatur,* quò malis præsentibus durius deprimebatur, eò de æterna certiùs præ-

sumptione

* primò. MS sing.
* Apocrisarius, Episcopi legatus.
* Vitæ. T. & Coll. Johan.
* explevit. T. W.
* l. Eutychius.
Luc. 24. 39.
* quales. W. & Coll. Johan.
* Pastores. W.
* inserentis. W

sumptione respirabat. Hæc quidem de immortali ejus dicta sint ingenio, quod nec tanto corporis potuit dolore restringi. Nam alii quidem Pontifices *construendis ornandísque auro vel argento Ecclesiis* operam dabant, hic autem totus erga *animarum lucra* vacabat. Quicquid pecuniæ habuerat, hoc sedulus dispergere ac dare pauperibus curabat, ut *justitia ejus maneret in seculum seculi, & cornu ejus exaltaretur in gloria:* ità ut illud beati Job veraciter dicere possit, Psal. 112.9.
Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, quòd liberassem pauperem vociferantem & pupillum, cui non esset adjutor. Job 29.11.
Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. Justitiâ indutus sum & vestivi me sicut vestimento, & diademate judicio meo. *Oculus fui cæco, & pes claudo.* Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam diligentissimè investigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Et paulò pòst, *Si negavi,* inquit, *quid volebant pauperibus: & oculos viduæ expectare feci. Si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea: Quia ab infantia mea crevit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum.* Ad cujus pietatis & justitię opus pertinet etiam hoc, quod nostram gentem per prædicatores quos huc direxit, de dentibus antiqui hostis eripiens, æternæ libertatis fecit esse participem. Cujus fidei & saluti congaudens, quámque dignâ laude commendans, ipse dicit in expositione beati Job. Ecce lingua *Britanniæ,* quæ nihil aliud noverat quàm barbarum frendere, jamdudum in divinis laudibus* Hebræum cœpit Alleluia resonare. Ecce * *RR. Armach p. 333. l. 30. & 334. l. 10.*
quondam tumidus, jam substratus sanctorum pedibus, servit oceanus, ejúsq; barbaros motus, quos terreni principes edomare ferro nequiverant, hos pro divina formidine sacerdotum ora simplicibus verbis ligant: & qui catervas pugnantium infideles nequaquam metueret, jam nunc fideles humilium linguas timet. Quia enim preceptis, cœlestibus verbis, clarescentibus quoque miraculis, virtus ei divinæ cognitionis infunditur, ejusdem divinitatis terrore refrænatur, ut pravè agere metuat, ac totis desideriis ad æternitatis gloriam venire concupiscat. Quibus verbis beatus Gregorius hoc quoque declarat, quia sanctus Augustinus & socii ejus non solâ prædicatione verborum, sed etiam cœlestium ostensione signorum gentem Anglorum ad agnitionem veritatis perducebant. Fecit inter alia beatus Papa Gregorius, ut in Ecclesiis* beatorum Apostolorum *Petri & Pauli* super corpora eorum missæ celebrarentur. Sed & in * Sanctorum. *T. & C.*
ipsa missarum celebratione tria verba maximæ perfectionis plena super adjecit, *Diésque nostros in* TUA *pace disponas, atq; ab æterna damnatione* * NOS *eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari* [* per Christum Dominum nostrum.] * *B. Greg. hic docet orare ad Deum solum, non ad S. Petrum & Paulum, neque pro Petro aut Paulo, sed pro seipsis. NOS (inquit.)* * *MS. Cot.*

Heold he ⁊ ƿehte ða cyricean on þara Casera tidum Mauríci
⁊ *Uocati. ⁊ ðy æfteran geare *Focati. & *lin. prox.* Focatis. C
þæs ylcan Uocatius ꝥ he forð-
ferde of þyssum life ⁊ ferde to
þá soþan life þe on heofonum is.
⁊ his lichoma wæs bebyreged on
Sce'. Petres cyricean beforan
þam * husel portice ðy feorþan * sud portice. B.
dæge * idus Martiarum. ⁊ he nu * iduum C.
hwonne on þam ilcan bið on wul-
dre arisende mid oþrum hyrdum ðære halgan cyricean.
⁊ on his byrgenne is awriten þysses gemetes byrgenleoð;

Rexit autem Ecclesiam temporibus imperatorum Mauritii & Focatis. Secundo autem ejusdem Focatis anno transiens ex hac vita migravit ad veram quæ in cœlis est vitam. Sepultus verò est corpore in Ecclesia beati Petri Apostoli ante secretarium die quarto iduum Martiarum: quandoque in ipso cum cæteris sanctæ Ecclesiæ pastoribus resurrecturus in gloria. Scriptúmq; est in tumba ipsius Epitaphium hujusmodi.

Onfoh þu eorþe lichoman
of þinum lichoman genumen.
ꝥ ðu hine eft agyfan mæge
þonne hine God liffæsteð;

Suscipe terra tuo corpus de corpore sumptum,

Reddere quod valeas vivificante Deo.

* upp heonan B. ðe gast * up heofon geſohte. nænig gewealð deaþes him ſceðdaþ. þam oþres lifes. ſe ſylfa deað meis weg. Ðæs hean Biscopes leoma on þysse byrigenne ſyndon betyned. ſe symle leofað gehwær on unrim godum. Earmra hungur he oferſwyþde mid mettum. & heora cyle mid hrægle. & he mid halgum monungum ſaule fram feondum gescylde. & he mid dæde gefylde ſwa hwæt ſwa he mid worde lærde. wæs he geſwinelico worð ſprecende þ he lifes byſen wære haligra manna. to Criste he * Angle gehwyrfde mid arfæſtnysse lareowdomes. þis gewin. & þysſum * gelic. þeos gymen. & ðus ðu hyrde dydest. þ ðu Drihtne broht est mycel gestreon haligra ſaula. þyssum sigorum þu Godes B. bliſsian miht. forðon þu þinra weorca ece mede butan ende nimest.

* Sax. paupe-rum esuriem.

* Sic MS. sing

* eallc. B.

* gelis. B.

* Sax. Episcopus.

Spiritus astra petit, lethi nil jura nocebunt,
Cui vita alterius mors magis ipsa via est.
Pontificis summi hoc clauduntur membra sepulchro,
Qui innumeris semper vivit ubique bonis.
* *Esuriem dapibus superavit, frigora veste,*
Atque animas monitis texit ab hoste sacris.
Implebátq; actu, quicquid sermone docebat,
Esset ut exemplum, mystica verba loquens.
Ad Christum Anglos convertit pietate magistrâ,
[*Acquirens fidei agmina gente nova.*]
Hic labor, hoc studium, hæc tibi cura, hoc pastor agebas,
Ut Domino offerres plurima lucra gregis.
*Hisque Dei * consul factus, lætare triumphis.*
Nam mercedem operum jam sine fine tenes.

Nis us þonne ſe hliſa to forſwigienne þe be þam * eadigan Gregorie þurh yldra manna ſegene to us becom. for hwylcum intingan he monad wære þ he ſwa geornfulle gymenne dyde ymb ða hæla ure þeode. Secgeaþ hi þ sume dæge þider niwan come * cype men of Brytene. & monig cepe þing to ceap ſtowe brohte. & eac monige coman to bycgeanne þa þing. Ða gelamp hit þ Gregorius betwyh oþre eac þyder com. & þa geseah betwih oþer þing cepe cnihtas þær ingesette wæron hwites lichoman & fægeres andwlitan men. & æþelice gefeaxe. þa he þa hi geseah & beheold. þa frægn he of hwylcum lande oþþe of hwylcere þeode hi brohte wæron. Sæde him man þ hi of Breotene ealonde brohte wæron. & þæs ealondes bigengan swylcre ansyne men wæron. eft he frægn hwæþer þa ylcan land leode Cristene

* scipmen. B.

Nec silentio prætereunda * opinio, quæ de Beato Gregorio traditione majorum, ad nos usq; perlata est, qua videlicet ex causa admonitus tam sedulam erga salutẽ nostræ gentis curam gesserit. Dicunt, quia die quadam cùm, advenientibus nuper mercatoribus, multa venalia in forum fuissent collata, multi ad emendum confluxissent, & ipsum Gregorium inter alios advenisse, ac vidisse inter alia pueros venales positos, candidi corporis, ac venusti vultûs, capillorum quoque formâ egregiâ. Quos cùm aspiceret, interrogavit (ut aiunt) de qua regione vel terra essent allati: dictúmq; est quòd de Britannia insula, cujus incolæ * tales essent aspectu. Rursus interrogavit, utrum iidem insulani Christiani, an

* relatio. W.

* talis erant aspectûs, W.

*on hæþenna gilðum lifdon. Ben.

Cristene wæron. þe hi þa gyt * on hæþennysse gedwolum lifdan; Cw. him mon to ⁊ sæde. ꝥ hi þa get hæþene wæron. ⁊ he þa of inneweardre heortan swiþe sworete ⁊ þus cw. Wala wa ꝥ is warlic ꝥ swa fæger feorh. ⁊ swa leohtes ⁊ wlitan men sceolan agan ⁊ besittan þystra ealdor; Eft he frægn hwæt seo þeod nemned wære þe hi of coman. þa andswarede him mon ꝥ hi Engle nemde wæron. cwæþ he. Wel ꝥ swa mæg. forþon englelice ansyne hi habbaþ. ⁊ eac swylce gedafenaþ ꝥ hi engla efenyrfeweardas on heofonum sin; Ða gyt he furþor frægn. ⁊ cwæþ. hwæt hatte seo mægþ þe þas cnihtas hider of gelædde wæron. þa ⁊swarede him mon ⁊ cwæþ. ꝥ hi Dere nemde wæron; Cw. he. wel ꝥ is cweden Dere de ira eruti. hi sculan beon of godes yrre abrodene. ⁊ to Cristes mildheortnesse gecygde. þa gyt he acsade hwæt heora cyning haten wære. ⁊ him mon ⁊swarede ⁊ cw. ꝥ he Ælle haten wære. ⁊ þa pleogede he mid his wordum to þam naman ⁊ cwæð. Alleluia. ꝥ gedafenað ꝥ te Godes lof uses scyppendes on þam dælum sungen si. ⁊ he þa sona eode to þam B. ⁊ to þam Papan þæs Apostolican setles. forþan he sylfa ða gyt ne wæs B. geworden. bæd hine ꝥ he Angel þeode on Breotene onsende hwylce lareowas. ꝥ ðurh ða hi to Criste gecyrde beon mihton. ⁊ cw. ꝥ he sylfa gearo wære mid Godes fultume ꝥ weorc to gefremmanne. gif þam Apostolican Papan ꝥ licode. ⁊ ꝥ his willa wære. ⁊ his lyfnesse; Ða ne wolde se Papa ꝥ *geþafigean ne þa burhware þon ma. ꝥ swa æþele wer ⁊ swa geþungen. ⁊ swa gelæred swa feor swam him gewite; Ac he sona hwaþe þæs þe he

*geþafian. C.

paganis adhuc erroribus essent implicati. Dictúmque est, quòd essent pagani. At ille intimo ex corde longa trahens suspiria, Heu proh dolor! inquit, quòd tam lucidi vultûs homines tenebrarum auctor possidet, [tantáque gratia frontis conspicui mentem ab interna gratia vacuam* gestat.] Rursus ergo interrogavit, quod esset vocabulum gentis illius: Responsum est, quòd Angli vocarentur. At ille, bene, inquit; Nam & Angelicam habent faciem, & tales Angelorum in cœlis decet esse cohæredes. Quod (ait) habet nomen ipsa provincia, de qua isti sunt allati? Responsum est, quòd Deiri vocarentur iidem provinciales. At ille, bene, inquit, Deiri: de ira eruti, & ad misericordiam *Christi* vocati. Rex provinciæ illius quomodo vocatur: Responsum est, quòd Elle diceretur. At ille, alludens ad nomen, ait, Alleluia, laudem Dei creatoris illis in partibus oportet cantari. Accedénsque ad Pontificem Romanæ & Apostolicæ sedis (nondum enim erat ipse Pontifex factus) rogavit, ut genti Anglorum in Britanniam aliquos verbi* ministros, per quos *ad Christum* converteretur, mitteret; seipsum paratum esse in hoc opus Domino cooperante perficiendum, si tamen Apostolico Papæ hoc ut fieret, placeret. Quod dum perficere non posset, quia etsi Pontifex concedere illi quod petierat voluit, non tamen cives Romani *ut tam longè ab urbe secederet, potuere permittere. Mox ut ipse Pontificatûs officio functus est, perfecit opus diu desideratum. Alios quidem * prædicatores mittens, sed ipse prædicationem ut* fructificaret, suis exhortationibus ac precibus adjuvans. [Hęc juxta opinionem quam ab antiquis accepimus, historiæ nostræ Ecclesiasticæ inserere optimum duximus.]

* *Sic MS.* [illegible]

* *Sax.* Doctores.

* *Sax.* Ut vir tam nobilis, tam illustris, támque doctus, &c.

* *Sax.* Doctores.

* *Sax.* fructificaret Dei voluntati & gentis Anglicanæ institutioni sive consilio.

 biscop

bisceop *geworden wæs. ꝥ he gefremede ꝥ weorc ꝥ he *lange wilnade. ⁊ þa halgan lareowas hider onsende. þe we ær beforan *sædon. ⁊ he Scs Gregorius mid his *trymnyssum ⁊ mid his gebedum wæs gefultumiende ꝥ heora lar wære wæstmberende to Godes willan ⁊ to ræde Angel cynne;

*gehalgode.B· *ær wilnode.B. * nemnedon. B.

Cap. 2.

Ut Augustinus Britonum Episcopos pro pace Catholica etiam miraculo cœlesti coram eis facto monuerit, quæve illos spernentes ultio secuta sit.

a Sed & veterum Britanniæ-- necnon & Scotorum, &c. *Vigilantiam pastorum Ecclesiæ veteris Saxonicæ, Synodo etiam Italicâ, ob defectum Britannicæ, suffultam, nemo prudens vituperabit; modò Regum imprimis & Senatorum ad vitandas turbas, consensus annuerit. Videmus enim quàm repentè Regis Ethelberti successor * Eadbaldus, & Seberhti quoque, Sabæ filius, excusso Christi jugo, ad priores Saxonum gentilium ritus relapsi fuerint. Haud potuerunt expulsi bello Britannici Episcopi, huic apostasiæ mederi: Potuerunt tamen Romani, autoritate Regiâ & Senatoriâ admissi: verùm ambitio Johannis Constantinopolitani Patriarchæ hoc ipso tempore insignis, (quam * Gregorius M. toties damnaverat,) Romanæ Ecclesiæ occasionem dedit, fines suos ad extremas usque insularum nostrarum partes diffundendi. Audiamus hominem pontificium; Memorial: Histor. MS. p.* 258. (*Bonifacius*) impetravit à Phoca imperatore, Romanam Ecclesiam caput esse, & dici, omnium Ecclesiarum; cùm antè à tempore Constantini magni Constantinopolitana caput omnium diceretur. *Sic Memorial.*

* Lib. 2. cap. 5

* Greg. epist. lib. 2. c. 76. 80. 82.

b Ut-- ibi Sanctorum memoriam haberet. *Benefactum an id necne à Bonifacio, Lector judicet. Ut omnium deorum idolomania è Pantheo sensim abdicetur; omnium interea Sanctorum * Memoria sola (non Sanctorum invocatio) substituatur: Pantheon (ut Memor. Hist. MS. pag.* 258.) olim in honore Cybelæ, quam vocant matrem deorum, nunc dicitur sancta Maria rotunda. *Sic Memorial. De lustratione Fanorum confer lib.* 1. *cap.* 30. *lib.* 2. *cap.* 4. & 8.

* Vide hic Bedam. Florilegum, Florentium & Sigisbertum in ann. 609.

c Absque purgatione--- quis oblationi--- *Baptismum & Eucharistiam intelligit; duo illa semper in Ecclesia Christi Sacramenta summè necessaria. Tria, an rectè perpendat ingenuus Lector, antiqua Ecclesia nostra commemorat:* Þreo healice þing gesette God mannum to clænsunge. an is fulluht. oðer is husel halgung. þridde is dædbot---- *Tria sublimia * mysteria Deus hominibus in purgationem instituit: primum est Baptismus, alterum est Eucharistia, tertium Pœnitentia. Vide Serm. Cathol. pag.* 274 *lin.* 24.

* Sax. res.

d Mellitum verò, &c. *Sed R. Eadbaldus, ut suprà, Laurentium recepit. quod noluerunt* οἱ πολλοί. *sed ex illo tempore, * respublica illa nobilissima, nobilissimos cives in honorem gentis, & literarum incrementum semper tulit.*

* Londonia.

Cap. 7.

Ut Mellitus Episcopus flammas ardentes suæ civitatis orando restrinxerit.

On ðysses cyninges rice se eadiga Ærcebisceop Scs. Laurentius forðferde ⁊ ꝥ heofonlice * rice gestah. ⁊ on cyrican ⁊ on mynstre þæs eadigan Apostoles Sce. Petres by his foregengan Sce. Augustine bebyrged wæs ðy feorþan dæge nonarum Februariorum; Æfter ðam Mellitus se wæs * Lundenceastre bisceop feng to ðam * bisceop setle Canwara burge þridda bisceop from Sce. Augustine wæs Justus se bisceop þa gyt lifgende ⁊ rehte ða gesomnunge æt Hrofesceastre ⁊ hy begen mid micelre * menio ⁊ gewinne Ongel cyrican heoldon

* leoht gesteah. B.

* ær. B.

* bisceoprice. B.

* gymynge. B.

Hoc enim regnante Rege * beatus Archiepiscopus Laurentius regnum cœleste conscendit, atque in Ecclesia & monasterio sancti Apostoli Petri juxta prædecessorem suum Augustinum sepultus est, die quarto nonarum Februarii. Postquam Mellitus, qui erat Londoniæ Episcopus, sedem Doruvernensis Ecclesiæ, tertius ab Augustino, suscepit. Justus autem adhuc superstes Rofensem regebat * Ecclesiam. Qui cùm magnâ Ecclesiam An-

* sc. Theobaldo, *vel* Eadbaldo.

* Sax. congregationem apud Rof. &c

heoldon 7 rehton; Wæs he Mellitus mid lichoman * untrumnesse mid fot adle swiþe * gehefigod. ac hwæþere halgum gongum his modes he glædlice eal eorþlicu ðing wæs oferhleapende 7 symble on his mode wæs * smeagende ða heofonlican to lufianne 7 to biddende 7 to secene; Wæs he licomlicre gebyrde æþeles cynnes 7 mid modes heannesse micele æþelra; Sculon we ane cyþnesse his mægenes secgan þ we his oþer mægen þy eþ ongitan; Hit gelomp sume tide þ te seo ceaster Cantwaraburge ðurh * ungemenne synna wearþ fyre onbærned 7 þ fyr 7 se lig swiþe weox 7 micelede 7 him nænig man mid * wæteres onweorpnesse wiþstonden meahte. 7 micel dæl ðære ceastre wæs fornumen; Ða for se weallenda leg 7 hine brædde to þæm biscope. þa getreowde he on godcunde fultum ðær se mennescea * wom wæs. het his ðegnas hine sylfne beran ongen ðæm 7 * asettan ðær se lig 7 sio frecenes mæst wæs. 7 untrum ongon þurh his gebed þa frecnesse þæs fyres onweg adrysan. ðæt te ær sio trume hond strongra manna ðurh micel gewin gedon ne meahte. 7 se wind sona sewe ær suþan bleow 7 ða bærnesse on ða burh * stred. hine norþan onweard 7 ða bærnesse ut of bigde 7 sona eallinga ðurh his gebed þæt fyr * acwinen wæs 7 adwæsced. 7 forþon þe se Godes wer strongonlice innan * born mid ðy fyre godcundre lufan 7 he oft stormas ond hwidnesse þara werigra gasta] *swam his sylfes scyldnesse 7 his geferena mid his gelomelicum bedum 7 trymnyssum scylde 7 wiþsceaf. wæs þ þær wyrþe þ he wiþ þam middan geardli-

* MS. B. at metrumnesse. C
* geþread 7 gehefigad. B.
* fleogende. B
* ungymunge B
* sic MS. B
* wom B. aliàs won & wana.
* hine B.
* bedraf. B.
* acwanc B.
* barn B.

glorum curâ ac labore gubernarent, [susceperunt scripta exhortatotia à Pontifice Romanæ & Apostolicæ sedis Bonifacio. *Qui post Deusdedit Ecclesiæ præfuit, anno incarnationis Dominicæ sexcentesimo nono decimo:] Erat autem Mellitus corporis infirmitate, id est, podagrâ gravatus, sed mentis gressibus sanus, álacriter terrena quæque transiliens, atque ad cœlestia semper amanda, petenda & quærenda, pervolans. Erat carnis origine nobilis, sed culmine mentis nobilior. Denique ut unum virtutis ejus (unde cetera intelligi possunt) testimonium referam; Tempore quodam civitas Doruvernensis per culpam incuriæ igne correpta, crebrescentibus cœpit flammis consumi; quibus cùm nullo aquarum injectu posset aliquis obsistere, jámque civitatis esset pars vasta ta non minima, atque ad Episcopum furens se flamma dilataret, confidens Episcopus in divinum, ubi humanum deerat auxilium, jussit se obviam *servientibus & huc illúcque volantibus efferri ignium globis: Erat autem * eo loco, ubi flammarum impetus maximè incumbebat, [martyrium beatorum quatuor coronatorum.] Ibi ergò perlatus obsequentum manibus Episcopus, cœpit orando periculum infirmus abigere, quod firma fortium manus multùm laborando nequiverat. Nec mora; ventus qui à meridie flans urbi incendium sparserat, contra meridiem reflexus [primò vim furoris sui à læsione locorum quę contra erant abstraxit,] ac mox funditus quiescendo flammis pariter sopiti atq; extinctis compescuit. Et quia vis Dei igne divinæ charitatis fortiter ardebat, qui tempestates potestatum aeriarum, à sua suorúmque læsione crebris orationibus vel exhortationibus repellere consueverat, meritò ventis flam-

* Sic MS. sing.
* Sic MS. sing. sed edit. Col. decimo octavo.
* ut Sax.
* Sic MSs. T. & C.
* Hactenus MSs. Cot. & Ben.

arodlicum wordum ⁊ ligum * swiþian mihte ðy læs hi him ⁊ his freondum sceþeden. ⁊ se halga B'. æfter þon ðe he fif winter ða cyricean heold ⁊ rehte. on Eadbaldes rice * leorde to heofonum. ⁊ bebyriged wæs mid his fæderum. on ðam oft cwedenan mynstre in cyricean Sce'. Petres ðy * eahteoþan dæge Kalendarum Maiarum;

* gestillan. B.

* forþferde. C.

* *sic MS. Cot. sed MS. Cant* eahte teoþan.

místque mundialibus prævalere, & nè sibi suísq; nocerent obtinere poterat: Et hic ergò postquam annis quinq; rexit Ecclesiam, Eadbaldo regnante, migravit ad cœlos; sepultúsq; est cum patribus suis in sæpe dicto monasterio & Ecclesia beatissimi Apostolorum principis, anno ab incarnatione Domini sexcentesimo vigesimo quarto, die octavâ Kalendarum Maiarum.

NOTÆ.

[a] Ecclesiam Anglorum curâ ac labore gubernarent: *(post Augustinum) Laurentius, Mellitus, Justus, suo quisq; ordine Archiepiscopi: Sed quid pontifex Romanus?* Susceperunt scripta exhortatoria à pontifice Romano, &c. *Pontifex Archiepiscopos hortari, Episcopis verò reliquis præcipere solitus: Sic in * decretali epistola Agathonis Papæ;* nu bidde ic ðe broþer Ðeodorus ⁊ *& infrà,* alswa ic beode ðe Saxulf biscop. *Hoc est,* Oro te *(frater Theodore,)* [Archiepiscope] *Tibi etiam (Saxulfe Episcope)* præcipio.

* *D.H.Spelm. in concil. ad ann.*683.

*Christiani exteri suppetias Ecclesiæ Saxonum, quasi in cunis adhuc vagienti, tulerunt: nè ab incolis jamjam ad priorem vomitum redituris, pereat. Sed neque hoc exteri absque Regum (ut Ethelberti lib.*1.*c.*25.*) licentia: Quod innuunt verba,* MITTENS ad Ethelbertum *(Regem:)* manere jussit *(Rex:)* ad JUSSIONEM Regis residentes: nec PROHIBEMUS: licentiam prædicandi non ABSTULIT. *Sed quantùm in convertenda gente, præclarum & planè divinum hoc opus aggredi debeant pastores, nemine rogato, alii disputent. Illi verò, quòd Rege etiam Gentili approbante, hoc fecerint; Quis non ex animo laudabit factum? nè eodem quoque serendæ fidei prætextu, Ariani, & quivis alii populum à Rege seducere, & gregem à Christo avocare studeant.*

Cap. 8.

Ut Bonifacius Papa Justo successori ejus, pallium & epistolam miserit.

ÐÆm sona æfterfyligde in biscop hade Justus. se wæs ær æt Hrofeceastre B'. ⁊ he ðære cyricean for hine oðere B'. gehalgode. Romanus wæs haten. forþon he ealdorlicnesse onfeng fró Bonifatio þá Papan. þ he biscepas hadian moste;

CUi statim successit in Pontificatum Justus, qui erat Rofensis Ecclesiæ episcopus. Illi autem Ecclesiæ Romanum pro se consecravit Episcopum, [a]datâ sibi ordinandi Episcopos autoritate à Pontifice Bonifacio, [quem successorem fuisse Deusdedit, suprà meminimus. Cujus autoritatis ista est forma.]

Deest. Sax

DIlectissimo fratri Justo, Bonifacius, quàm devotè quàmq; etiam vigilanter pro Christi Evangelio elaboraverit vestra fraternitas, non solùm epistolæ à vobis directæ tenor, imò indulta desuper operi vestro perfectio indicavit. Nec enim omnipotens Deus aut sui nominis Sacramentum, aut fructum vestri laboris deseruit, dum ipse prædicatoribus Evangelii fideliter repromisit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem* seculi. *Quod specialiter, injuncto vobis ministerio, ejus clementia demonstravit, [b] aperiens corda gentium ad suscipiendum prædicationis vestræ singulare mysterium. Magno enim præmio fastigiorum vestrorum, delectabilem cursum, bonitatis suæ suffragiis illustravit; dum, creditorum vobis talentorum fidelissimæ negotiationis officiis, uberem fru-*

Matth.28.20.
* mundi. C. & W.

fructum impendens ei quod signare possitis, multiplicatis, *generationibus præparavit. Hócque etiam illâ vobis repensatione collatum est, qui injuncto ministerio jugiter persistentes, laudabili patientiâ redemptionem gentis illius expectatis, & vestris ut proficerent meritis eorum est salvatio propinata, dicente Domino :* Qui perseveraverit usq; in finem, hic salvus erit. *Salvati ergo estis spe patientiæ & tolerantiæ virtute, ut infidelium corda naturali ac superstitioso morbo purgata, sui consequerentur misericordiam salvatoris. Susceptis namque apicibus filii nostri Aethelwaldi Regis, reperimus quantâ sacri eloquii eruditione ejus, animũ ad veræ conversionis & indubitatæ fidei credulitatem fraternitas vestra perduxerit. Qua ex re de longanimitate clementiæ cœlestis certam assumentes fiduciam, non solùm suppositarum ei gentium plenissimam salutem, imò quoque vicinarum, vestræ quoquo prædicationis ministerio credimus subsequendam, quatenus sicut scriptum est :* Consummati operis vobis merces, à retributore omnium bonorum Domino tribuatur. Et verè per omnem terram exiisse sonum eorum, & in fines orbis terræ verba ipsorum, *universalis gentium confessio* *suscepto Christianæ Sacramento fidei protestetur. [c] Pallium præterea per latorem præsentium fraternitati tuæ benignitatis studiis invitati, direximus, quod videlicet tantùm in sacrosanctis mysteriis celebrandis licentiam utendi imperavimus. Concedentes etiam tibi ordinationes Episcoporum, exigente opportunitate, Domini præveniente misericordiâ celebrare; ita ut Christi Evangelium plurimorum annunciatione in omnibus gentibus quæ necdum conversæ sunt dilatetur. Studeat ergò tua fraternitas hoc, quod sedis Apostolicæ humanitate percepit, intemeratâ mentis sinceritate servare intendens, cujus rei similitudine tam præcipuum indumentum humeris tuis bajulandum susceperis. Talémque te, Domini imploratâ clementiâ, exhibendum stude, ut indulti muneris præmia non cum reatitudine, sed cum commodis animarum ante tribunal summi & venturi judicis repræsentes. Deus te incolumem custodiat dilectissime frater.*

*Sic MSs. sing. — Matth. 10. 22 — *Sic MSs. sing — c R R. Armach. p. 69. lin. 21.

NOTÆ.

a Datâ sibi (*scil. Justo Cantuariensi*) autoritate, (*scil. ordinandi Episcopos in Britannia*) *à Pontifice Bonifacio.* Bonifacius tertius, *inquit* * *Platina* (*atq; hic est ille Bonifacius*) à Phoca Imperatore obtinuit, magnâ tamen contentione, ut sedes beati Petri (*Romam voluit*) caput omnium Ecclesiarum diceretur. *Vide Platinam. Atque hinc Britannicarum. Greg. M. & Augustinus ab Ethelberto Cantiorum Rege precariò licentiam prædicandi ad subditos suos obtinuerunt; atqui Bonifacius à Phoca (nam huc recidit)* autoritatem *in Britannia gubernandi. Quin autoritatem Phocæ illam, visam posteræ ætati planè surreptitiam, ipse* P. Bonifacius *in hac Epistola prudens celavit. Sed, ut paulò post, rectiùs ad verba solius* Christi *confugit Bonifacius, scil.* Ecce ego vobiscum sum, *cui concinit* * *traditio Romano-Saxonicæ Ecclesiæ,* de Petro *morituro, Ecclesiæ caput immortale sic affato;* Hælend min ic ðe betæce ðine scep ðe ðu me befæstest. ne beoþ hi hyrdeleare ðonne hi ðe habbað ; *Jesu mi! tibi oves tuas, quas mihi commendasti, trado: absque pastore haud existunt, modò te (pastorem) habeant. quæ cùm dixisset, spiritum efflavit.*

b Aperiens corda gentium--- *Christum vult; cujus solius opus erit, Ecclesiam undique terrarum hodie afflictissimam, & regere, & conservare.*

c Pallium, *Vide Antonium Nebrissensem in voce Pallium: ante pallii receptionem ecclesia dicitur viduata. non ità Petrus suprà in traditione ecclesiæ, & ante illum Christus,* Ecce ego vobiscum sum. *hoc Pallium.* * ercehad. *hic est, Supremi gradùs in Ecclesia indicium voluit Gregorius.* Superhumerale, & laneum *alii discribunt, ut ovem perditam humeris impositam significaret. Hinc hoc ipso in loco Beda.* Cujus rei similitudine, &c.

* Platina in Bonifac. Florilegus in ann. 609. & Florentius in ann. 608. — * Serm. Cath. De passione Apostolorum. pag. 166. l. 17. — * Serm. Cath. pag. 306.

CAP.

Cap. 9.

De imperio Regis Edwini, & ut veniens ad evangelizandum Paulinus, primò filiam ejus cum aliis fidei Christianæ Sacramentis imbuerit.

ÐÆre tide eac swylce Norðanhymbra ðeod mid heora cyninge Eadwine Cristes geleafan onfeng. ðe him Paulinus se halga B. bodade ⁊ lærde. þam cyninge seo onfengnes Cristes geleafan ⁊ ðæs heofonlican rices ; Eac swylce on halsunge geweox meaht eorþlices rices swa þ nænig Angel cyninga ær him eall Breotone gemæro on anweald onfenge. oþþe heora mægþe on Angel cynnes oþþe Brytta ær dydon eall þ he on anweald onfeng. ge eac swylce Monige Brytta ealand Angel cynnes rice underþeodde. swa we ær beforon sægdon ; Ðysse þeode þ is Norþan-hymbrum wæs se æresta intinga to onfonne Cristes geleafan þ se foresprecena heora cyning Eadwine wæs mid mægsibbe geðeoded Cantwarena cynegum. onfeng he ðonan wife Æðelburge Æðelbyrhtes dohtor ðæs cyninges. seo oþre naman wæs Tate haten. ða he ærest his ærenddracan sende to Eadbalde hire breþer se wæs ða Cantwara cyning ⁊ ðysse fæmnan gemanan bæd ⁊ wilnade. ⁊ ða andswarede he þ þ alyfed ne wære. þ cristenu fæmne hæþenum men to wife seald wære. ðy læs se geleafa ⁊ ða gerynu ðæs heofonlican cyninges. mid ðæs cyninges gemanan * aidlad wære. se þe ðæs soþan cyninges bigang ne cuþe ; Ða þa ærenddracan ða eft ðas word Eadwine * sægdon. ða gehet he sona þ he naht wiþerweardes don wolde ðam Cristenum geleafan ðe seo fæmne beeode. ac þ heo moste

* aidlgad. B. & C.
* brohton. B.

QUo tempore etiam gens Northanhymbrorum [hoc est, ea natio Anglorum, quæ ad Aquilonarem, *Humbræ fluminis plagam habitat,] cum Rege suo Edwino VERBUM FIDEI, prædicante Paulino [cujus suprà meminimus,] suscepit. Cui videlicet Regi in auspicium suscipiendæ fidei, & regni cœlestis potestas, & terreni creverat imperii, ità ut (quod nemo Anglorum ante eum fecit) omnes Britanniæ fines, quà vel ipsorum vel Britonum provinciæ habitabantur, sub ditionem acceperit. Quin & *Mevanias insulas, sicut & suprà docuimus, imperio subjugavit Anglorum. [Quarum prior, quæ ad Austrum est, & situ amplior, & frugum proventu atque ubertate felicior, nongentarum sexaginta familiarum mensuram juxta æstimationem Anglorum; secunda trecentarum & ultrà, spatium tenet.] Huic autem genti occasio fuit percipiendæ fidei, quod præfatus Rex ejus cognatione junctus est regibus Cantuariorum, acceptâ in conjugem Edelburgâ filiâ Ethelberti Regis, quę alio nomine Tate vocabatur. Hujus consortium cùm primò ipse, missis procis à fratre ejus Eadbaldo, qui tunc regno Cantuariorum præerat, peteret: Responsum est, non esse licitum Christianam virginem pagano in conjugem dari, nè fides & Sacramenta cœlestis Regis, consortio profanarentur regis, qui veri Dei cultûs esset prorsus ignarus. Quę cùm Edwino verba nuncii referrent, promisit se nihil omnimodis contrarium CHRISTIANÆ FIDEI, quam virgo colebat, esse facturum: quin potiùs permissurum,

* *RR. Armach p.* 1003. *l.* 17.
* *RR. Armach pag.* 642. *& vide hic pag.* 120

ðone geleafan ⁊ bigong hire æfæstnysse mid eallum hire geferum ðe hire mid come. ðy cristenan ðeawe lifigean ⁊ þone ƿel healdan. ne he nolde ƿiþsoc ꝥ he sylfa eac swylce ða ylcan æfæstnysse underfenge gif ƿise ƿitan ꝥ fundon. ꝥ heo haligre ⁊ Gode leofre gemeted beon mihte. Ða ƿæs seo fæmne gehaten ⁊ æfter ƿæce Eadƿine onsended ⁊ æfter þon þe hi ær fundon hæfdon. ƿæs gehalgod to B'. Gode se leofa ƿer Scs'. Paulinus se mid hi faran sceolde. to ðon ꝥ he ða fæmnan ⁊ hire geferan æghƿæþer ge mid ða mæssunge heofonlicra gerýna ge mid his dæghƿamlicre lare trymede* ꝥ hi on þam gemanan þara hæþenra besmiten ne ƿære. ƿæs he Paulinus to B'. gehalgod fram Justo ðam Ærceb'. ðy tƿelftan dæge Kalendarum Agustarum. ða com he mid ða foreƿsprecenan fæmnan to Eadƿine ðam cyninge sƿa sƿa he ƿære gesiþcundlicre gegaderunga. ac he [* ma] mid ealle his mode beheold ꝥ he ða ðeode ðe he gesohte to ongytenysse ðæs soðan Godes ⁊ to Cristes geleafan ðurh his lare gecegde. Mid þy he ða se B'. on ða mægðe com mid ða fæmnan. Ða ƿende he sƿyþe ꝥ he æghƿæðer ge his geferan ða ðe mid hine coman þurh drihtnes gyfe geheolde. ꝥ hi ne asƿundan fram heora geleafan. ⁊ gif he hƿylce mihte þara hæþenra ꝥ he þurh his lare to Cristes geleafan gecyrde. ac sƿa se Apl'. cƿ'. Ðeah þe he sƿa mycelre tide ƿunne on his lare ꝥ God þa mod ðara *ungeleaffumra ablende ðy læs him scine seo onlyhtnes Cristes godspelles ⁊ his ƿuldres. Ða ƿæs ðy æfteran geare com sum man on Norþanhymbre mægþe ƿæs his nama *Eomær. ƿæs he sended fram ƿest Seaxna cyninge.

* ꝥ heo B.

* sic MS. Cot. sed B. mare.

* ungeleafullra. B.

* sic MS. B. sed Can. Eormær.

ut fidem cultúmque suæ religionis cum omnibus qui secum venissent [viris sive fœminis, sacerdotibus seu ministris,] more Christiano servaret. Neque abnegavit se etiam eandem subiturum esse religionem; si tamen examinata à *prudentib' sanctior, ac deo dignior posset inveniri. Itaque promittitur virgo atque Edwino mittitur, & juxta quod dispositum fuerat, ordinatur Episcopus vir Deo dilectus Paulinus, qui cum illa veniret, eámque & comites ejus, nè paganorum possent societate pollui, quotidianâ exhortatione, & sacramentorum cœlestium celebratione confirmaret. Ordinatus est autem Paulinus Episcopus à Iusto Archiepiscopo sub die duodecima Kalendarum Augustarum, [anno ab incarnatione Domini sexcentesimo vicesimo quinto, & sic cum prȩfata virgine ad Regem Edwinum, quasi comes copulȩ carnalis advenit. Sed ipse potiùs toto animo intendens, ut gentem, quam adibat, ad agnitionem veritatis advocans, [juxta vocem Apostoli, *Uni viro virginem castam exhiberet Christo.*] Cúmque in provinciam venisset, laboravit multùm, ut & eos, qui secum venerant, nè à fide deficerent, Domino adjuvante contineret; & aliquos, si fortè posset, de paganis ad fidei gratiam prȩdicando converteret. Sed sicut Apostolus ait, *Quamvis multo tempore illo laborante in verbo, Deus seculi hujus excæcavit mentes infidelium, nè eis fulgeret illuminatio Evangelii gloriæ Christi.* Anno autem sequenti venit in provinciam quidam [Sicarius,] vocabulo *Eumerus missus à Rege Occidentalium Saxonum

* *Sax.* prudent. Senator. *vide cap.* 13.

2. Cor. 11. 2.

2. Cor. 4. 4.

* *Sic T. & W. sed* Eumer. *Cot.*

se

se wæs haten Cwichelm þæt he sceolde Eadwine þone cyning somod ge lif ge rice beniman. hæfde he and wæg mid hine twig ecgede hand seax geættred. þæt gif seo wund to lyt genihtsumede to ðæs cyninges deaþe þæt þæt attor gefultumade. com he to þam cyninge ðy æresten Eastor dæge be Deorwentan ðære ea. ðær wæs ða cyninges ealdor

*bold. B

*botl; Ða eode he in swa swa he his hlafordes ærende secgan sceolde. and mid ðy he ða geswippre muðe licettende ærend

*and leaslice ongan. B.

wrehte and * lease flesede. ða astod he semninga and getogene þy wæpne under his sceate wræsde on ðone cyning. ða þæt ða Lilla geseah se cyninges ðegn him se holdesta næfde he scyld æt handa þæt he ðone cyning mid gescyldan mihte. sette ða his lichoman betwih beforan ðam styng. and he ðurhstong ðone cyninges ðegn. and ðone cyning gewundade; Ða wæs he sona æghwanon mid wæpnum * ymbhyped; Hwæt he ða eac on ðan ingeræce oðerne cyninges ðegn se wæs Forþhere haten. mid ðy manfullan wæpne acwealde; Ða wæs ðære ylcan nihte ðara halgan Eastrena þæt seo cwen cende dohtor ðam cyninge ðære noma wæs Eanflæd; Mid ðy he þa se ylca cyning on ðas B'. andweardnesse ðoncunge dyde his Godum * for ðære dehter ðe him acenned wæs; Ongean ðon ongan se B'. ðoncunge don Drihtne Criste and ðam cyninge cyþan. þæt he þæt mid his benum æt him onfenge þæt heo seo cwen gesund. and butan hefigum sare þæt bearn cende; Ða se cyning þis gehyrde ða ongan he lustfullian ðæs B'. wordum. and gehet hine sylfne * deofulgyldum wiðsacan. and þæt he wolde Cristes ðeowdom geceosan gif he him lif and sige forgeafe. on ðam gewinne ðe he gehogod hæfde wið ðam cyninge. ðe se myrðra ær fram sended wæs seþe hine gewundade.

* ymbhæfd. B.

* for þam cyme his dehter B.

* to drihtne and deofulg. B.

nomine Quichelmo, sperans se Regem Edwinum regno simul & vitâ privaturum: qui habebat sicam bicipitem toxicatam, ut si ferri vulnus minùs ad mortem Regis sufficeret, peste juvaretur veneni. Pervenit autem ad Regem primo die paschæ, juxta amnem Dorowensionem, ubi tunc erat villa Regalis. Intravítque quasi nuncium Domini sui referens, & cùm simulatam legationem ore astuto volveret, exsurrexit repentè, & evaginatâ sub veste sicâ impetum fecit in Regem. Quod cùm videret Lilla, minister regis amicissimus, non habens scutũ ad manum, quo Regem à nece defenderet; mox interposuit corpus suum ante ictum pungentis: Sed [tantâ vi hostis ferrum infixit, ut] per corpus militis [occisi etiam] Regem vulneraret. Qui cùm mox undique gladiis impeteretur, in ipso tumultu etiam alium de militibus, cui nomen erat * Fortheri, sicâ nefandâ peremit. Eâdem autem nocte sacrosanctâ dominicæ Paschæ, pepererat Regina filiam Regi, cui nomen Eanfled. Cúmq; idem Rex, præsente [Paulino] Episcopo, gratias ageret [a]diis suis pro nata sibi filia: contrà Episcopus gratias cœpit agere Domino CHRISTO, Regíque astruere, quòd ipse precibus suis apud illum obtinuerit, ut Regina sospes & absque dolore gravi sobolem procrearet. Cujus verbis delectatus Rex promisit se, abrenunciatis idolis, CHRISTO serviturum, si vitam sibi & victoriam donaret pugnanti adversùs Regem, à quo homicida ille, qui eum vulneravera-

* *Sic MS. C.* Fortherus *T.* Fordheri *W. & edit. Col.*

⁊ ða ylcan his dohtor Criste to gehalgianne ðam B'. to ƿedde gesealde þ he þ gehat gelæstan ƿolde ⁊ seo ƿæs gefullad þy halgan dæge æt Pentecosten ærest manna of Norðan-hymbra ðeode mid xi. ƿæmnum of ðære cƿene hirede heo ƿæs tƿelfte. ðære tide eac ƿæs se cyning gehæled. fram þære ƿunde ðe him ær gedon ƿæs. ða geromnade he his *fyrd ƿið ƿest Seaxum ⁊ ðider com. ⁊ sona þæs ðe he on hi feaht. ƿæron him ealle his fynd gecyþde ða þe ær emb his feorh syredon. ⁊ he ða sume ofsloh. sume on *anƿeard onfeng ⁊ And he sigefæst sƿa eft ham ferde. na læs þ he sona unstæpe ⁊ ungeþeahtendlice ðam gerynum onfon ƿolde ðæs cristenan geleafan ðeah ðe þ ƿære þ he ofer þ deofulgyldum ne ðeoƿde. syþþan he hine to Cristes ðeoƿdome gehatenne hæfde ⁊ Ac he ærest geornlice a' of tide æghƿæþer ge fram þam arƿurðan ƿere Sce'. Pauline þ riht leornade þæs halgan geleafan. ge eac mid his ealdormannum ða ðe he ƿiseste ⁊ snoteresté ƿiste þ he gelomlice mid him ðeahtode ⁊ sohte hƿæt he ðyssum ðingum to donne ƿære ⁊ Ge he eac sylfa mid ðy he ƿæs on *gecynde se gleaƿesta man. ⁊ oft lange ana sæt. sƿigende muþe ac midde inne ƿeardne heortan monige ðing sprecende. smeade hƿæt him selest to donne ƿære. ⁊ hƿylc æfestnes him to healdenne ƿære ⁊

*friþ. C

*anpald B. anpeald. C

*sic MS. Cot. ut Lat. sed MS. Cant. getyde.

rat missus est, & in pignus promissionis implendæ eandem filiam suam Christo consecrandam [Paulino] Episcopo adsignavit. Quę baptizata est die sancto Pentecostes prima de gente Northan-hymbrorũ cum duodecim aliis de familia ejus. Quo tempore curatus à vulnere, sibi pridem inflicto, Rex, collecto exercitu venit adversùs gentem Occidentalium Saxonum, ac bello inito, universos, quos in necem suam conspirasse didicerat, aut occidit, aut in deditionem recepit. Sicque victor in patriam reversus, non statim & inconsultè Sacramenta FIDEI CHRISTIANÆ percipere voluit, quamvìs nec idolis ultrà servivit, ex quo se CHRISTO serviturum esse promiserat: verùm primò diligentiùs extempore, & ab ipso venerabili viro Paulino rationem fidei ediscere, & cum suis PRIMATIBUS, quos *sapientiores noverat curavit conferre, quid de iis agendum arbitrarentur. Sed & ipse, cùm esset vir naturâ sagacissimus sępè diu solus residens, ore quidem tacito, sed in intimis cordis multa secum colloquens, quid sibi esset faciendum, quæ religio servanda tractabat.

*Sax. sapient. & prudentiores.

CAP. 10.

Ut Papa Bonifacius eundem Regem, missis literis, sit hortatus ad fidem.

ÐIƿere tide eac sƿylce ðær Apostolican setles B'. Bonefatius Papa sende Eadƿine *gretinge ⁊ geƿrit. mid ðy he hine trymede to onfonne Cristes geleafan ⁊

*cyninge. B.

QUo tempore exhortatorias ad fidem literas à Pontifice sedis Apostolicæ Bonifacio accepit, [quarum ista est forma.

Deest Sax.

VIro glorioso Edwino Regi Anglorum, Bonifacius Episcopus servus servorum Dei. Licèt summæ divinitatis potentia, humanæ locutionis officiis explanari non valeat, quippe quæ sui magnitudine ità invisibili atque investigabili æternita-

te

*te consistit, ut hæc nulla ingenii sagacitas quanta sit, comprehendere differeréque sufficiat: quia tamen ejus humanitas ad insinuationem sui, reseratis cordis januis, quæ de semetipsa proferentur, secretâ humanis mentibus inspiratione clementer infundit, ad annunciandam vobis plenitudinem fidei Christianæ sacerdotalem curavimus solicitudinem *prorogare, ut perinde Christi Evangelium, quod Salvator noster omnibus præcepit gentibus prædicari, vestris quoque sensibus inserentes, salutis vestræ remedia propinentur.* * Sic MS. C. & W. prærogare. T.

*Supernæ igitur majestatis clementia, quæ cuncta solo verbo præceptionis suæ condidit & creavit, cœlum videlicet & terram, mare & omnia quæ in eis sunt (dispositus ordinibus quibus subsisterent) coæterni verbi sui consilio & sancti spiritûs unitate dispensans, hominem ad imaginem & similitudinẽ suam ex limo terræ plasmatum constituit; eíque tantam præmii prærogativam indulsit, ut eum cunctis præponeret, atq; servato termino præceptionis, æternitatis subsistentiâ præmuniret. Hunc ergò Deum Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, quod est individua Trinitas, ab ortu solis usque ad occasum, humanum genus, quippe ut creatorem omnium atque factorem suum salutiferâ confessione fidei veneratur & colit: Cui etiam summitates imperii, rerúmque potestates submissæ sunt: quia ejus dispositione omnium prælatio regnorum conceditur. Ejus ergò bonitatis misericordia, totius creaturæ suæ dilatandæ subsidii, etiam in extremitate terræ positarũ gentium, corda frigida sancti Spiritûs fervore, in sui quoque agnitione mirabiliter est dignata succendere. Quæ enim in gloriosi filii nostri Eadbaldi Regis, gentilúsque ei suppositis, illustratione clementia Redemptoris fuerit operata, pleniùs ex vicinitate locorum vestram gloriam conjicimus cognovisse. Ejus ergò mirabile donum & in vobis certâ spei cælestis longanimitate conferri confidimus. Cùm profectò gloriosam conjugem vestram, quæ vestri corporis pars esse dignoscitur, æternitatis præmio per sacri baptismatis regenerationem, illuminatam agnovimus. Unde præsenti stylo *gloriosos vos adhortandos cum omni affectu intimæ charitatis curavimus, quatenus abominatis idolis eorúmque cultu, spretísque fanorum fatuitatibus, & auguriorum deceptibilibus blandimentis, credatis in DEUM Patrem omnipotentem, ejúsq; filium Jesum Christum, & Spiritum Sanctum; ut credentes à diabolicæ captivitatis nexibus, sanctæ & individuæ Trinitatis cooperante potentiâ; absoluti, æternæ vitæ possitis esse participes. Quantâ autem reatitudinis culpâ teneantur* obstricti hi, qui idololatriarum perniciosissimam superstitionem colentes amplectuntur, eorum quos colunt exempla perditionis insinuant. Unde de eis per Psalmistam dicitur:* Omnes dii gentium dæmonia. Dominus autem cœlos fecit. *Et iterum,* Oculos habent & non videbunt, aures habent & non audiunt, nares habent & non odorabunt: Manus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt. Similes ergò efficiuntur his, qui spem suæ confidentiæ ponunt in eis. *Quomodo enim juvandi quemlibet, possunt habere virtutem hi, qui ex corruptibili materia inferiorum etiam suppositorúmque tibi manibus construuntur, quibus videlicet artificium humanum accommodans eis, inanimatam membrorum similitudinem contulisti? qui nisi à te moti fuerint ambulare non poterunt, sed tanquam lapis in uno loco positus, itâ constructi, nihilique intelligentiæ habentes, ipsáque insensibilitate obruti, nullam neque lædendi neque juvandi facultatem adepti sunt. Quâ ergo mentis deceptione eos[b] deos, quibus vosipsi imaginem corporis tradidistis, colentes sequimini, judicio discreto reperire non possumus. Unde oportet vos, suscepto signo sanctæ crucis, per quod humanum genus redemptum est, execrando diabolicæ versutiæ supplantationem,* qui divinæ bonitatis operibus invidus æmulúsq; consistit, à cordibus vestris abjicere. Injectísque manibus, hos quos eatenus materiæ compage vobis deos fabricastis, confringendos diminuendósque summopere procurate: Ipsa enim eorum dissolutio corruptióque, quæ nunquam viventem Spiritum habuit, nec sensibilitatẽ à suis factoribus potuit quolibet modo suscipere, vobis patenter insinuet, quàm nihil erat quod eatenus colebatis, dum profectò meliores vos, qui spiritum viventẽ à Domino percepistis, eorum constructione nihilominùs existatis: quippe quos Deus omnipotens, ex primi hominis quem plasmavit cognitione deductos, per secula innumerabilibus propaginibus pullulare constituit. Accedite ergò ad agnitionem ejus qui vos creavit, qui in vobis vitæ insufflavit spiritum, qui pro vestra redemptione filium suum unigenitum misit, ut vos ab originali peccato eriperet,*

Margin notes: *Sic MSs. sing. — *Sic MSs. sing. sed edit. Col. astricti. — Psal. 96. 5. — Psal. 115. 5. — * sc. diaboli.

ret, & ereptos de potestate nequitiæ diabolicæ cœlestibus præmiis muneraret. Suscipite verba prædicatorum & Evangelium Dei quæ vobis annunciant, quatenus credentes (sicut sæpius dictum est) in DEUM Patrem omnipotentem, & in Jesum Christum ejus Filium, & Spiritum Sanctum, & inseparabilem Trinitatem, fugatis dæmoniorum sensibus, expulsáque à vobis solicitatione venenosi & deceptibilis hostis, per aquam & Spiritum sanctum renati, ei, cui credideritis in splendore gloriæ sempiternæ cohabitare, ejus opitulatione & munificentiâ valeatis. Præterea benedictionem* protectoris vestri beati Petri Apostolorum principis vobis direximus, id est, camisiam cum ornatura in auro una, & læna Ancriana una, quod petimus ut eo benignitatis animo gloria vestra suscipiat, quo à nobis noscitur destinatum.*

* Sic MSs.

* Vide finem cap. sequent.

Notæ in cap. 9, & 10.

a Rex- gratias ageret diis suis-- Episcopus- autem Domino CHRISTO-- quòd precibus apud illum (*Christum Dominum suum*) obtinuerit; *hinc* Rex promisit se, abrenunciatis idolis, CHRISTO serviturum. *Paulinus solùm Deum, Edwinum jam ad Deum conversurus, coluit; quod & felicissimum eventum tulit. Deos fictitios regem dediscere hortatus, non* divos, *ille fidelis Pastor, sed* Deum *incarnatum invocandum exemplo suo perdocuit. Quod coram Rege Ethelberto Augustinum Proto-Archiepiscopum (lib. 1. cap. 25.) fecisse legimus: viz.* Deprecamur TE DOMINE-- *& coram Episcopis Britonum (lib. 2. cap. 2.)* Obsecremus DEUM-- *& paulò pòst,* flectit genua sua (*Augustinus*) ad Patrem Domini nostri Jesu Christi.- *De reliquis judicent sapientes.*

b Quatenus abominatis idolis, eorúmque cultu-- *& infrà,* Quâ ergò mentis deceptione eos deos, quibus vos ipsi imaginem corporis tradidistis, colentes, &c. *&* Oportet vos suscepto signo sanctæ crucis,-- &c. *Idola, eorúmque cultum Bonifacius hîc damnat; & paulò pòst, incusat quoque idololatram Regem,* quod deos, quibus imaginem corporis tradiderit, (*vero Deo triuno, ut suprà, postposito*) *coluerit: hinc Rex convertendus videt, non oportere imaginem corporis Deo vero, licèt incarnato, colendam fabricari. Sed ut Regem ab* IMAGINE *pertrahat, annon* IMAGINEM *crucis illi contemplandam proponit? Non colendam certè: quia potiùs historiæ Domini nostri crucifixi depictum præ oculis, & intellectu compendium: Sic porro Bonifacius Papa infrà videtur se explicare: scil.* Accedite ergò ad agnitionem ejus--- qui pro vestra redemptione filium suum unigenitum misit, &c. *Quin de ritu veteris Ecclesiæ, cùm** verbum absconditum à nobis (*inquit Irenæus, & comprobat*) manifestaverit (*crucis*) lignum; *nihil ad me spectat disserere. At verò* crucis ligna feralia *opprobria peperisse Christianis,* ut id colant quod merentur, * *Minutius Felix clarè ostendit. Brevitati studeo.*

* Irenæus adversus hæres. lib. 5.

* Minut. Fel. Octavius p. 360. edit. Hanoviæ.

CAP. II.

Ut conjugem ipsius per epistolam, salutis illius sedulam agere curam monuerit.

AD conjugem quoque ejus Ædilburgam hujusmodi literas idem Pontifex misit. Exemplar epistolæ beatissimi & Apostolici Bonifacii Papæ urbis Romæ directæ, Ædilburgæ Reginæ Edwini Regis.

Deest Sax.

DOminæ gloriosæ filiæ Ædilburgæ Reginæ, Bonifacius Episcopus servus servorum Dei, Redemptoris nostri benignitas humano generi, quod preciosi sanguinis sui effusione à vinculis diabolicæ captivitatis eripuit, multâ providentiâ quibus salvaretur propinavit remedia; quatenus sui nominis agnitionem diverso modo gentibus innotescens, creatorem suum suscepto CHRISTIANÆ FIDEI *agnoscerent Sacramento: quod equidem in vestræ gloriæ sensibus cœlesti collatum munere mystica regeneratio vestræ purgationis potenter innuit. Magno ergò largitatis dominicæ beneficio mens nostra gaudio exsultavit, quòd scintillam orthodoxæ religionis in vestri dignatus est conversione succendere. Ex qua re non solùm gloriosi conjugis vestri, imò totius gentis suppositæ vobis intelligentiam in amorem sui faciliùs inflammaret. Didicimus namque referentibus his, qui ad nos gloriosi filii nostri*

Eadbaldi

Eadbaldi Regis laudabilem conversionem nunciantes pervenerunt, quòd etiam vestra gloria Christianæ fidei, suscepto mirabili Sacramento, piis & Deo placitis jugiter operibus enitescat. Ab idolorum etiam cultu, seu fanorum auguriorúmque illecebris se diligenter abstineat, & ità in amore redemptoris sui immutatâ devotione persistens invigilet, ut ad dilatandam Christianam fidem incessabiliter non desistat operam commodare. Cúmq; de glorioso conjuge vestro paterna charitas solicitè perquisisset, cognovimus, quòd eatenus abominandis idolis serviens, ad suscipiendam vocem prædicatorum suam distulerit obedientiam exhibere. Qua ex re non modica nobis amaritudo congesta est, ab eo quòd pars corporis vestri ab agnitione summæ & individuæ Trinitatis remansit extranea. Unde paternis officiis vestræ gloriosæ Christianitati nostram commonitionem non distulimus conferre; adhortantes quatenus divinæ inspirationis imbuta subsidiis, importunè & oportunè agendum non differas, ut & ipse salvatoris nostri Domini Jesu Christi cooperante potentiâ Christianorum numero copuletur; ut perinde intemerato societatis fœdere jura teneas maritalis consortii. Scriptum namque est; Erunt duo in carne una. *Quomodo* Gen.2.24. *unitas vobis conjunctionis inesse dici poterit, si à vestræ fidei splendore interpositis detestabilis erroris tenebris, ille remanserit alienus? Unde orationi continuò insistens, à longanimitate cœlestis clementiæ, illuminationis illius beneficia impetrare non desinas. Ut videlicet quos copulatio carnalis affectûs unum quodammodo corpus exhibuisse monstratur, hos quoque unitas fidei etiam post hujus vitæ transitum in perpetua societate conservet. Insiste ergò gloriosa filia, & summis conatibus duritiam cordis ipsius, religiosâ divinorum præceptorum insinuatione mollire summopere dematura; infundens sensibus ejus, quantum sit præclarum, quod credendo suscepisti mysterium, quantúmve sit admirabile quòd* * *renata præmium consequi meruisti.* * *renatum.W.* *Frigiditatem cordis ipsius sancti Spiritûs annunciatione succende, quatenus ammoto* * *torpore perniciosissimi cultûs, divinæ fidei calor, ejus intelligentiam tuarum exhortationum frequentatione succendat.* * *Sic W.& C.* *Ut profectò sacræ scripturæ testimonium per te expletum indubitanter præclareat.* *Salvabitur vir infidelis per mulierem fidelem. *1.Cor.7.14. ἡγίασαι, sanctific. *Ad hoc enim misericordiam dominicæ pietatis consecuta es, ut fructum fidei creditorúmque tibi beneficiorum redemptori tuo multiplicem resignares. Quod equidem suffragante præsidio benignitatis ipsius, ut explere valeas, assiduis non desistimus precibus postulare. His ergò præmissis, paternæ vobis dilectionis exhibentes officia, hortamur, ut nos (repertâ portitoris occasione) de his, quæ per vos superna potentia mirabiliter in conversione conjugis vestri, submissæque vobis gentis dignatus fuerit operari, prosperis quantocyùs nuntiis reveletis; quatenus solicitudo nostra, quæ de vestri vestrorúmque omnium animæ salute optabilia desideranter expectat, vobis nunciantibus reveletur; illustrationémque divinæ propitiationis in vobis diffusam opulentiùs agnoscentes, hilari confessione* [a] *largitori omnium bonorum Deo, & Beato Petro Apostolorum principi uberes meritò gratias exolvamus. Præterea benedictionem protectoris vestri beati Petri Apostolorum principis vobis direximus, id est, speculum argenteum & pectinem eburneum inauratum; quod petimus ut eo benignitatis animo gloria vestra suscipiat, quo à nobis noscitur destinatum.*

NOTÆ.

[a] Largitori OMNIUM bonorum Deo, & Beato Petro Apostolorum principi, uberes (inquit P. Bonifacius) meritò gratias exolvamus. *Vide cap. præced. ad finem, ubi P. Bonifacius, B. Petrum Regis Edwini protectorem nuncupat: atqui idem Papa, hîc, largitorem* OMNIUM *bonorum, (atque hinc* PROTECTIONIS*) Deum describit: Deus igitur, teste P. Bonifacio, ut R. Edwini, & ipsius B. Petri, protector unicus; qui ut in conferendis beneficiis non agnoscit socium, sic in accipiundis gratiis non admittit compotem. Sed deos fictitios è mente Regis Papa delere voluit; & Divi Petri Apostoli principis** MEMORIAM *celebrare. Sic nos è sacris vetus Romano-Saxonica Ecclesia instituit.* *God þurh hir pitegan ur bebeaꝺ ꝥ pe ſceolon hine herian. ⁊ mærſian on hir halgum. on þam he ir punꝺoplic. *hoc est, Deus per Prophetam suum nobis præcipit, ut se velimus laudare, & in* SANCTIS *suis celebrare; in quibus mirificus*

* *lib.2.cap.4: ad finem.*
* *Serm. Cath. pag.189.l.15.*

ficus exsistit; hinc Sanctorum commemoratio, in qua tamen nomen & splendor solius Christi præfulsit, Catholicæ Ecclesiæ, perpetuò celebris. Cæterùm vide RR. Armach. in respons. ad Jesuitam Hibern. de invocatione Sanctorum, pag. 377.

Cap. 12.

Ut Edwinus per Visionem * *quondam sibi exuli ostensam, sit ad credendum provocatus.* * Sic MSS. sing.

Sƿylce eac ƿæs sum God spræce ⁊ heofonlic onƿrigenes. þe him iu seogodcunde arƿærtnys onƿreah ða he ƿræcca ƿæs mid Redƿalde east Engla cyninge. seo sƿyþe gefultumade his andgyt to onfonne ⁊ to ongitanne ða monunge ðære halƿendan lare; Mid ðy he ða se B'. Paulinus geseah ꝥ he unyþelice mihte ða heannesse ðæs cynelican modes to eadmodnesse gecyrran. ꝥ he onfon ƿolde his * ece hælo. ⁊ ðam geƿyne þære liffæstan rode Cristes. ⁊ he somod for his hælo ðæs cyninges ⁊ þære þeode þe he fore ƿæs. ge mid ƿorde trymnesse mid monnum ƿonge ead mid þa godcundan arfæstnyssa midƿorde his gebeda. ꝥ he for hi ðingade þa æt nyhstan geleornade he on gaste. ⁊ him onƿrigen ƿæs hƿylc onƿrigenes * giu heofonlic ætyƿde ðam cyninge. ða he ƿræcca ƿæs; Ne ylde he hit ða leng. ac eode sona to ðam cyninge. ⁊ hine manode ꝥ he his gehat gefylde. þe he on þære onƿrigenesse gehet. ðe him ætyƿed ƿæs gif he ðære tide yrmþo besƿicode ⁊ to heannesse cynerices become; Ƿæs þis god gesprecen ⁊ ðeos onƿrigenes ðysses gemetes. mid ðy hine ehte Æþelfriþ se þe ær him cyning ƿæs. ⁊ he þurh missenlice stoƿe monigra geara tide flyma ƿæs. ða gesohte he æt nyhstan ⁊ com to Rædƿolde east Engla cyninge. ⁊ hine bæd ꝥ he his lif gescylde ƿiþ sƿa mycles ehteres * sætningum. ⁊ him feorh hyrde ƿære; ⁊ he lustlice hine onfeng. ⁊ him gehet ꝥ he sƿa don ƿolde sƿa he hine bæd; Æfter

*ecne.C

* iu.B. & C.

*setengum.C.

[HÆc quidem memoratus Papa Bonifacius, de salute regis Edwini ac gentis ipsius literis agebat.] Sed & oraculum cœleste, quod illi quondam exulanti apud Redwaldum Regem Anglorum pietas divina revelare dignata est, non minimum ad suscipienda vel intelligenda doctrinę monita salutaris, sensum juvit illius. Cùm ergò videret Paulinus difficulter posse sublimitatem animi Regalis ad humilitatem vię salutaris, & suscipiendum mysterium vivificæ crucis inclinari, ac pro salute illius simul & gentis cui pręerat & verbo exhortationis apud homines, & apud divinam pietatem verbo deprecationis ageret; tandem (ut verisimile videtur) didicit in spiritu, quod vel quale esset oraculum Regi quondam cœlitus ostensum. Nec exinde distulit, quin continuò Regem admoneret explere votum, quod in oraculo sibi exhibito se facturum promiserat, si temporis illius ęrumnis exemptus, ad regni fastigia perveniret. Erat autem oraculum hujusmodi. Cùm persequente illum Æthelfrido, qui ante eum regnavit, per diversa occultus loca [vel regna,] multo annorum tempore profugus vagaretur, tandem venit ad Redwaldum; obsecrans, ut vitam suam à tanti persecutoris insidiis tutando servaret. Qui libenter eum excipiens, promisit se quæ petebat esse facturum. At

ter ðon ða Æþelfriþ se cyning hine ðær geacsade ꝥ he mid Rædwolde ðone cyning wæs. ða sende he sona ærendwracan to him ⁊ mycel feoh. wiþ þon ðe he hine ofsloge oþþe hine him to cwale ageafe. ne he hwæþere owiht on ðam fremode ; Sende he eft æfterran siþe ærendwracan. sende þriddan siþe ⁊ maran gife mycle * þonne he him ær sende ⁊ wiþ his cwale. ⁊ het eac him onbeodan ꝥ he hine wolde mid fyrde to gefeoht gesecan gif he his word ⁊ his gife forhogode ; Ða wæs his mod ægHwæþer ge mid þam beotungum gebreged. ge mid þam gifum gewemmed. ꝥ he geþafode ðæs cyninges bene. ⁊ gehet ꝥ he Eadwine ofsloge. oþþe his feondum to cwale ageafe. ða wæs sum cyninges þeng his freond se treowesta ðe ðas ðing gehyrde ⁊ ongeat. ða eode he to his inne ðær he hine restan wolde. ⁊ wæs forewearð niht. ⁊ hine acigde ut ⁊ him sæde ⁊ cyþde hu hine mon ymbe gedon wolde ; Cw. him ða to. Gif ðu wylt on ðas sealfan tid. ic ðe alæde of þysse mægþe in ða stowe ðær ðe næfre ne Rædwold ne Æþelfriþ gemetan magan ; Cw. he to him. on þonce me syndon þine word ⁊ ðin lufu. ⁊ hwæþere ne mæg ic ꝥ don ꝥ þu me lærest ꝥ ic ærest ða *treowþe forlæte. ðe ic to swa myclum cyninge genom mid ðy he me nowiht yfeles dyde ne laþes ætywde. ac gif ic deaþ þrowian sceal leofre me is ꝥ he me to deaþe gesylle þonne unæþelra man ; Oþþe la hwider mæg ic nu leng fleon? monigra geara tida ofer ealle Breotone ic flyma wæs. ꝥ ic me his hete berh ⁊ wearnode ; Ða eode se his freond on weg fram him. ⁊ he Eadwine ana ðær ute gesunode. sæt swyðe unrot on stane beforan ðære healle *. ⁊ ongan mid monegū hætum his geþohta gesenced beon. ⁊ ne wiste hwider

* ⁊ feoh B. & C.

* *aliàs* wære. *MS.Can.*

* dura. B.

postquam Ethelfrid [in hac eum provincia apparuisse,] & apud Regem illius familiariter cum sociis habitare cognovit, misit nuncios qui Redwaldo pecuniam multam pro nece ejus offerrent; neque aliquid profecit: misit secundò, misit tertiò, & copiosiora [auri & argenti] dona offerens, & bellum insuper illi, si contemneretur, indicens. Qui vel minis fractus, vel corruptus muneribus cessit deprecanti, & sive occidere se Edwinum, seu legatariis tradere promisit. Quod ubi *fidelissimus quidam amicus illius *animadvertit, intravit cubiculum quo dormire disponebat. Erat enim prima hora noctis: Et evocatum foràs quid erga eum agere [Rex promisisset,] edocuit, & insuper adjecit: Si ergò vis, hac ipsâ horâ educam te de hac provincia, & ea in loca introducam, ubi nunquam te vel Redwaldus vel Æthelfrid invenire valeant. Qui ait: Gratias quidem ago benevolentiæ tuæ, non tamen hoc facere possum quod suggeris, ut pactum quod cum tanto Rege inii, ipse primus irritum faciam, cum ille mihi nihil mali fecerit, nihil adhuc inimicitiarum intulerit; quin potiùs si moriturus sum, ille me magìs quàm ignobilior quisquam morti tradat. Quò enim nunc fugiam, qui per omnes Britanniæ provincias tot annorum temporúmque curriculis vagabundus [hostium] vitabam insidias? Abeunte igitur amico, remansit Edwinus solus foris; residénsque mœstus ante palatium multis cœpit cogitationum æstibus affici, quid ageret, quóve pedem ver-

* fidissimus. C. & W.

* animadverteret. C. & W.

he eode offe hwæt him selest to donne wære. Mid þy he ða lange swigendum *neawonessum his modes. *mid ðy blindan fyre soden wæs. ða geseah he semninga on middre niht mon wið his gangan uncuþes *7 wlitan þa he ða to him com. ða wæs he forht geworden. Ða eode he to him grette hine 7 frægn. for hwon he on ðære tide. þe oðre men slepon 7 reston ana swa unrot on stane wæccende sæte. Ða frægn he hine hwæt ðæs to him belumpe. hwæþer he wacode ðe slepte. 7 hwæþer he ðe ute ðe inne *wære. ða andswarede he 7 cw. him to. ne tala ðu me þ ic ne cunne ðone intingan ðinre unrotnesse. 7 ðinre wacone. 7 anlepnesse ðines utsetles. ac ic cuþlice wat ge hwæt þu eart. ge for hwon ðu *gnornast 7 hwylc toweard yfel ðu þe on *neahnysse forhtast. Ac gesege me hwylce mede þu wille syllan ðam men. gif hwylc sy þ ðe fram ðyssum neawonessum alyse. 7 Rædwolde on mod beswape þ he ðe nan wiht laþes ne do. ne ðe ðinum feondum to cwale ne agefe. Ða 7swarede he 7 cw. þ he eall god ðe he mihte for mede þyslicre fremsumnesse syllan wolde. Ða *geycte he ða gyt his gespræc 7 cw. and gif he ðæ eac adwæsctum þinum feondum on soþe cynerice gehateþ. swa þ nales þ an ealle ðine yldran. ac ealle cyningas ða ðe on Breotone wæron *ærþe. in mihte 7 on rice feor oferstigest. Ða wæs he Edwine bealdra geworden on ðære frignesse. 7 sona gehet. seþe him swa mycle fremsumnysse forgeafe þ he him ðæs wolde wurþlice þancunge don. Cw. he þriddan siþe to him seþe wiþ him spræc. 7 nu gif se man seþe þe *ðyslice gife 7 swa mycle soþlicre þe toweardne forecwyþ. 7 eac swylce geþeahte þinre hælo. 7 betewan

ran

*sic MS. Cott.
* ond mid. C.
* wegelan. B & C.
* sæte. B.
* geornast. C.
* *sic MSs. B & C. sed MS. Can.* ehtnysse.
* ætecte. C.
* ær þu. B.
* þyllice C.

teret nescius. Cúmque diu tacitis mentis angoribus & cæco carperetur igne, vidit subitò intempestæ noctis silentio appropinquantem sibi hominem vultûs [habitúsque] incogniti; quem videns [ut ignotum & inopinatum] non parum expavit. At ille accedens salutavit eum, & interrogavit quare illâ horâ, cæteris quiescentibus & alto sopore pressis, solus ipse mœstus in lapide pervigil sederet? At ille vicissim sciscitabatur, quid ad eum pertineret, utrum ipse intus an foris noctem transigeret? Qui respondens ait: Nè me æstimes tuę mœstitiæ & insomniorum, & forinsecæ ac solitariæ sessionis causam nescire. Scio enim certissimè qui es, & quare mœres, & quæ ventura tibi in proximo mala formidas. Sed dicito mihi, quid mercedis dare velis ei, siquis sit, qui his te mœroribus absolvat, & Redwaldo suadeat, ut nec ipse tibi aliquid mali faciat, nec tuis te hostibus perimendum tradat? Qui, cùm se *omnia quæ posset, huic, tali pro mercede beneficii, daturum esse responderet; Adjecit ille, quid si etiam te Regem futurum extinctis hostibus in veritate promittat, ità ut non solùm omnes *tuos progenitores sed & omnes, qui antè, Reges in gente Anglorum fuerant, potestate transcendas. At Edwinus constantior interrogando factus, non dubitavit promittere, quin *ei qui tanta sibi beneficia donaret, dignis ipse gratiarum actionibus responderet. Tunc ille tertió: Si autem, inquit, is qui tibi tanta taliáque dona veraciter adventura prædixerit, etiam consilium tibi tuę salutis ac vi-

* *Sax.* omnia bona.
* *Sic MSs. sing.*
* *Sic MSs. sing.*

ran lifes ⁊ nẏttran þe ætẏƿan
mæȝ þonne æniȝ þinra maȝa.
oþþe * ẏldrena æfre ȝehẏrde;
Cẏst ðu ? hƿæþer ðu his ða
halƿendan monunȝe onfon ƿẏlle
⁊ him hẏrsum beon ; Ða ne ẏlde
he Eadƿine * oriht. ac sona ȝe-
het þ he ƿolde on eallum þin-
ȝum him ȝehẏrsum beon. ⁊ his
lare lustlice onfon. seþe hine
fram sƿa monegum ẏrmðum ⁊
teonum ȝenerede ⁊ to heannẏs-
se cẏnerices forþ gelædde ; Ða
he ða þẏsse andsƿare onfenȝ.
seðe mid hine spræc. ða insta-
pe. sette he mid þa sƿiþran hand
him on þ heafod. ⁊ ðus cƿ. þon-
ne ðis tacen ðẏslic ðe tocume.
þonne ȝemune ðu ðisse tide. ⁊
wend wæs. on heora sare. ⁊ monig wundor mægena wæron sæde. ðe on ðære stowe gelumpon. ge be moldan ða ðe on þære stowe. genumene wæron; Ac us nu genihtsumað ꝥ we twa oþþe ðreo gehyron. hit gelamp neaht micelre tide æfter his slæge ꝥ sum mon rad be ðære stowe. þa ongan his hors semninga werian ⁊ gestandan. ⁊ his heafod on eorðan hylde. ⁊ ꝥ fam of ðam muðe eode. ⁊ ꝥ unmæte sar weox ⁊ miclade of þæt hit on eorþan feas. þa lihte se eorod man. ⁊ ꝥ * gebætel of ateah. ⁊ ðær hwile abad hwonne his horse bett wurde. oððe he hit ðær dead forlete; Ða wæs hit lange mid hefige sare swiðe geswenced ⁊ on misenlice dælas hit *wond ⁊ hwærste ða semninga becom hit on ða stowe ðær se gemyngeda cyning ofslagen wæs. ne wæs ða ylding ꝥ te ꝥ sar gestilled wæs ⁊ hit blon fram ðam unhalum styrenessum ðara * leoma. ⁊ þy gewunelican ðeawe horsa æfter werinysse ongan walwian ⁊ on gehweþære sidan gelomlice hit oferweorpan. ⁊ sona aras ðurh eall hal ⁊ gesund. ⁊ ongan gifrelice ꝥ gærs etan. ða he ða se mon ꝥ geseah. þa ongeat he mid scearpre gleawnysse hwæt hugu wundorlicre halignesse on ðære stowe beon. ðær his hors swa hraþe gehæled wæs. ⁊ he ðær tacen asette [* ⁊ on his hors hleop ⁊ hrad ðyder he ær gemynt hæfde] ða he ða com to ðam men ðe he secan wolde. ða gemette he ðær sume fæmnan seo wæs nift ðæs hina ealdres ðe he sohte ⁊ heo wæs mid langre adle laman legeres swiþe gehefigod; Ða ongunnon ða hiwan beforan him *seofian be þære grimman untrumnysse þære fæmnan. ða ongan he secgan be ðære stowe. ðær his hors gehæled wæs; Hwæt. hi gegearwodon sona * wægen ⁊ on asetton þa fæmnan. ⁊ læddan to þære stowe.

* gebæte.C. bridel. B.

* wan ⁊ wand ⁊ ðwærste B.

* lima. B.

* sic MS. B. ut Lat.

* siofian.C.

* wæn.B. & C.

cessabat. Et multa quidem in loco illo, vel de pulvere loci illius facta virtutum miracula narrantur. Sed nos duo tantùm, quæ à majoribus audivimus, referre satis duximus. Non multo, post interfectionem ejus, exacto tempore contigit; ut quidam equo sedens iter juxta locum ageret illum, cujus equus subitò lassescere, consistere, caput in terram declinare, spumas ex ore dimittere, & augescente dolore nimio, in terram cœpit ruere; desilivit eques, &, stramine substrato cœpit expectare horam, quâ aut melioratum reciperet jumentum, aut relinqueret mortuum. At ipsum diu gravi dolore vexatum, cùm diversas se in partes torqueret, repentè volutando devenit in illud loci, ubi rex memorabilis occubuit. Nec mora; quiescente dolore cessabat ab insanis membrorum motibus, & consueto equorum more, quasi post lassitudinem in diversum latus vicissim sese volvere, statímque exurgens, quasi sanus, per omnia vireta herbarum avidiùs carpere cœpit; quo ille viso, ut vir sagacis ingenii, intellexit aliquid miræ sanctitatis huic loco, quo equus est curatus, inesse. Et posito ibi signo, non multò pòst ascendit equum, atque ad hospitium, quo proposuerat, accessit; quò dum adveniret, invenit puellam ibi, neptem patrisfamilias, longo paralysis morbo gravatam. Et cùm familiares domûs illius, de acerba puellę infirmitate, ipso pręsente, quererentur, cœpit dicere ille de loco ubi caballus suus esset curatus. Quid multa? imponentes eam carro duxerunt ad locum; ibidémque

⁊

⁊ hi ðær asetton; Ða heo ða on ðære stowe geseted wæs. þa wæs heo werig ⁊ gewearþ on slæpe ðær hwonn; Sona ðæs þe heo onwoc ða gefelde heo þ heo wæs gehæled fram hire lichoman untrumnysse ⁊ hire wæteres bæd. ⁊ hi ðwohg ⁊ hire feax gerædde ⁊ hi mid scytan beweop. ⁊ mid ðam mannum ðe hi ðider lædon on hire fotum hall ⁊ gesund ham hwearf ⁊ eode;

deposuerunt: At illa posita in loco obdormivit parumper; & ubi evigilavit, sanatam se ab illa corporis dissolutione sentiens, postulatâ aquâ, ipsa lavit [faciem,] crines composuit, caput linteo cooperuit, & cum his, qui se adduxerant, sana pedibus incedendo reversa est.

NOTÆ.

[a] *Pro verbis Bedæ, scil.* [Sed nòs duo tantùm [*miracula*] quæ à MAJORIBUS audivimus, referre satis duximus] *MS. Cod. Coll. Ben. hæc substituit,* Ac us nu genihtsumiað þ we on Gode gelyfan. *hoc est, Sed nos, modò ut in* DEUM CREDAMUS *satis* * *duximus; &c. Quasi dixisset: missis majorum rudimentis,* habemus [*verbum Dei*] firmiorem propheticum sermonem, cui bene facimus attendentes. *Sed de prodigiis medii seculi* * *Melchior Canus, homo doctissimus, & pontificius audiatur.*

* Sax. *sufficit.* 2. Pet. 1. 19.

* *lib.* 11. *cap.* 6. *pag.* 540.

Negare (*inquit*) non possumus, viros aliquando gravissimos, in divorum præsertim prodigiis describendis, sparsos rumores & excepisse, & scriptis etiam ad posteros retulisse. Qua in re, ut mihi quidem videtur, aut nimium illi sibi, aut fidelium certè vulgo indulserunt. Quòd vulgus sentiebant, non tantùm ea facilè miracula credere, sed impensè etiam flagitare---. *Et ibid. de hist. dicta,* Legenda aurea. Hanc, *inquit*, homo scripsit ferrei oris, plumbei cordis, animi certè parùm severi, & prudentis.

Sed & viros eruditos excusans, sic paulò pòst. Summi enim sunt; homines tamen: Quæ ego eadem de Beda, atque Gregorio jure fortasse, ac verè dicere possum. Quorum ille in historia Anglorum, hic in Dialogis quædam miracula scribunt vulgò jactata, & credita, quæ hujus præsertim seculi Aristarchi, incerta esse censebunt. *Hactenus Melch. Canus.*

Neque hìc ego ab Aristarcho vapulem, qui talia in nostrum Bedam à Cano dicta non celassem: debuit tamen animadvertisse idem Canus de nostro Beda, ut præsentis Ecclesiæ faciem posteris commendaret, illum, & quæ facta, & quæ fieri dicta, quæq; pro vulgi credulitate pro veris recepta essent, fideliter descripsisse. Quod ni fecisset vir omnium in ætate illa excultissimus, præsens seculum nostrum cum antiquiore illo, haud potuissemus conferre: atqui ipse verbis suis seipsum purgabit, pag. 3. lin. 51. Hujusmodi portentis, de quibus Canus aliique inter Pontificios eruditi conqueruntur, scatent etiam nonnullæ coram MAJORIBUS *pronunciatæ homiliæ, qualia hodie Ecclesia nostra, ab homiliis publicis, ut inutilia deliri seculi elementa resecavit: Cætera, quæ Apostolicâ nitent fide, & gravitate sanctissimè amplexatur.*

CAP. 10.

Ut pulvis * *loci illius contra ignem valuerit.*

* T. & C.

Swylce eac on ða ylcan tid com sum oþer man. ⁊ men secgað þ he wære of Bretta þeode. ferde he be ðære ylcan stowe on ðam þ foreswrecene gefeoht geworden wæs; Ða geseah he anre stowe fæc þam oþrū

EO tempore venit alius quidam de natione Britonum, (ut ferunt) iter faciens juxta ipsum locum, in quo præfata erat pugna completa; Et vidit unius loci spacium cætero campo viridius [ac

felda *grenre. Ða ongan he mid gleawe mode þencean ⁊ smeagean ꝥ ꝥ nænig oðer intinga wære ðære stowe grennes. ⁊ fægernys. *nymþe ꝥ ðær sum halig man hwylc hugu ðam oðrum weorude ofslegen wære. nam ða ðære moldan sumne dæl on ðære stowe gebond on his sceate. ðohte ꝥ seo ylce molde to læcedome ⁊ to hæle untrumra manna geweorþan mihte. ⁊ he eft forþeode on his weg; Ða com he to sumum huse on æfen tid. ⁊ eode on ꝥ hus ðær ꝥ ham werud eall to*symble gesomnod wæs. he wæs onfangen fram þam hlaforde ðæs huses. ⁊ him mon setl tæhte. ⁊ he sæt mid him æt þam symble. aheng he þone sceat mid ða moldan þe he brohte on ane * studu þæs wages. ⁊ wæs mycel fyr onæled on middum ðam huse; Mid ðy hi ða lange symbledon ⁊ druncene wæron. ⁊ ða sweareran upp flugon on þæs huses hrof se wæs mid gyrdum awunden. ⁊ mid ðæce beþæht; Ða gelamp hit ꝥ ꝥ hus eall wæs innan fyren ⁊ ongan semninga byrnan; Ða ꝥ ða gebeoras gesawon. ða flugon hi forhte ut. ⁊ nænige helpe ðam byrnendan huse gedon mihton. ac hit clæne forbarn *nemðe seo studu an ðe seo molde on hangode. seo gesund ⁊ ungehrinen fram ðam fyre astod ⁊ awunede. ƿa wundredon hi swiðe. ⁊ smealice sohtan on hwon ꝥ gelang wære. ða wæs him gecyþed ꝥ seo molde ðær onhangode ðe on ðære stowe genumen wæs. ðær Oswaldes blod ðæs cyninges agoten wæs; Ða wæron ðas wundru feor ⁊ wide gemærsode ⁊ gecyðed. ⁊ monige men syþþan dæghwamlice ða stowe sohton. ⁊ ðær hælo gyfe him sylfum ⁊ heora freondum niman ongunnon;

* grenne ⁊ fægere. B. growenre. C.

* nemne. C.

* *Sic MS. B. & C. sed Cantab* to sibbe gesomnod.

*stuþu. C.

* butan C.

venustius,] cœpitque sagaci animo conjicere, quòd nullâ esset alia causa insolitæ illo in loco viriditatis, nisi quòd ibidem sanctior cætero exercitu vir aliquis fuisset interfectus. Tulit itaque de pulvere terræ illius secum, illigans in linteo, cogitans quod futurum erat, quia ad medelam infirmantium idem pulvis proficeret: & pergens itinere suo, pervenit ad vicum quendam vespere, intravítq; in domum, in qua, vicini cœnantes epulabantur; & susceptus à Dominis domûs resedit & ipse cum eis ad convivium, appendens linteolum cum pulvere quem attulerat, in uno poste parietis: Cúmque diutiùs epulis atque ebrietati vacarent, accenso grandi igne in medio, contigit volantibus in altum scintillis, culmen domûs quod erat virgis contextum atque fœno tectum, subitaneis flammis impleri. Quod cum repentè convivæ, [terrore confusi,] conspicerent, fugerunt foras, nihil ardenti domui jamjámque perituræ prodesse valentes. Consumptâ ergò domo flammis, postis solummodo, in quo pulvis ille inclusus pendebat, tutus ab ignibus & intactus remansit. Quâ visâ virtute mirati sunt valdè, & perquirentes subtiliùs, invenerunt, *quòd de illo loco adsumptus erat pulvis, ubi Regis Oswaldi sanguis erat effusus. Quibus patefactis ac diffamatis longè latéque miraculis, multi per dies locum frequentare illum, & sanitatum ibi gratiam capere sibi suísque cœperunt.

* quia. *W.* & C.

Cap. II.

Ut super reliquias ejus lux cœlestis totâ nocte steterit, & ut per eas sint dæmoniaci curati.

Betwih ðas ðing nis to forswigianne hwylc heofonlic wundor 7 mægen ætywed wæs þa his ban gefunden 7 gemeted wæron 7 to þære cyricean gelædde. þær hi nu gehealdene syndon; Wæs ðis geworden ðurh Osþriþe * gyrnysse Myrcna cwene. seo wæs Oswies dohtor his broþor. se æfter him feng to Norþanhymbra rice; Is æþele mynster on * Lindese nemned Beardan ea. þ mynster seo ylce cwen mid hire were Æþelrede swyþe lufode. 7 arwyrþode 7 beeode. on ðam heo wilnode gehealdon ða arwurðan ban hire fæderan; Mid þy ðe * wæn ða com ðe ða ban onlæded wæron in þ foresprecene mynster. ða ne woldan þa * hiwan ðe on ðam mynstre wæron. him lustlice onfon; Forþon þeah ðe hi hine haligne wiston hwæðere forþon þe he of oþre mægðe wæs. 7 ofer hi rice * ne onfeng. ealdum feoungum hine eac swilce deadne ehton; Ða wæs geworden þ þære sylfan nihte. þa brohton ban ute awunedon. 7 eac swylce mon teld þær ofer abrædde. ac seo ætywnys heofonlices wundres geopnode hu arwurþe hi wæron to onfonne eallum * geleaffullum. forþon þe ealle ða niht stod swylce beorht sunn beam. fram ðam wæne upp oð heofon ðone mon mihte lyhte geseon of ealre Lindesse stowum; Ða hit ða wæs on morgen dæg geworden. ða ongunnon þa broðro ðæs mynstres ða ðe ær wiðsocan geornlice biddan. þ mid him ða halgan reliquias 7 Gode ða leofan gehealdene beon moston. 7 hi ða ða ban aþwogan 7 on cyste gedydon 7

*geornnesse. B. & C.

*Lindesige. B.

* aliàs wægn. *Cantabr. superscrip.*

* aliàs gebroðra. *Cantabr. superscrip.*

* ne *redundat MSs. Cantab. & Cot. sed Ben.* of his rice onfeng.

* geleaffrumum. C

INter quæ nequaquam silentio prætereundum reor, quid virtutis ac miraculi cœlestis fuerit ostensum, cùm ossa ejus inventa, atque ad Ecclesiam, in qua nunc servantur, translata sunt. Factum est autem hoc per industriam reginæ Merciorum Osfridæ, quæ erat filia fratris ejus *Oswin, qui post illum regni apicem tenebat, [ut in sequentibus dicemus.] Est monasteriũ nobile in provincia Lindissi, nomine * Beardaneu, quod eadem Regina, cum viro suo Æthilredo, multùm diligebat, venerabatur, excolebat; in quo desiderabat honoranda patrui sui ossa recondere. Cúmque venisset carrum, in quo eadem ossa ducebantur, [incumbente vesperâ,] in monasterium præfatum, noluerunt ea, qui erant in monasterio, libenter excipere: quia etsi sanctum eum noverant, tamen quia de alia provincia ortus fuerat, & super eos regnum acceperat, veteranis eum odiis etiam mortuum insequebantur. Unde factum est ut ipsâ nocte reliquiæ allatæ foris permanerent, tentorio tamen majore supra carrum, in quo inerant, extenso: sed miraculi cœlestis ostensio, quàm reverenter *ea suscipienda à cunctis fidelibus essent, patefecit. Nam totâ eâ nocte, columna lucis à carro illo ad cœlum usque porrecta, omnibus penè ejusdem Lindisse provinciæ locis conspicua stabat. Unde, mane facto, fratres monasterii illius, qui pridie abnuerant, diligenter ipsi petere cœperunt, ut apud se eædem sanctæ ac Deo dilectæ reliquiæ conderentur. * Lota igitur ossa intulerunt in thecam, [quam in hoc prepara-

* Osvin. C.

* *Sic MS. Cot.* Beardanig. *W.*

* ea *deest. W.*

* *Sic MSs. sing.*

swa on cyricean æfter gewisenre are gesetton. ⁊ ꝥ se cynelica had ðæs halgan weres ece gemynd hæfde. his segen se wæs mid golde ⁊ mid gode wæbbe geweorod ⁊ ofer his byrigenne geseted: ⁊ ꝥ sylfe wæter ꝥ hi ða ban mid þwogan gutan in ænne ende þære cyricean; Of þære tide wæs geworden ꝥ te seo ylce eorþe þe ꝥ arwurþe bæð onfeng mihte to hæle feondseocra manna ⁊ oþra untrumnyssa. ꝥ æfterfyligendre tide gelamp mid þy seo cwen wæs wunigende on ðam ylcan mynstre. þa com sum arwurþe Abbudisse to hire seo wæs haten Æþelhild ⁊ heo wæs þara haligra wera sweoster Æþelwines ⁊ Ealdwines. þara wæs oþer B'. on Lindese ⁊ se oþer Abbud on ðam mynstre ðe hatte * Wortanea. fram ðam mynstre unfeor wæs þære Abbudissan mynster; Mid ði heo ða to ðære cwene com ⁊ hi gesprecen hæfdon. ða betweoh oþer spræcon hi be Oswalde þam cyninge; Cwæþ heo seo Abbuddisse ꝥ heo * geseage ðære nihte ꝥ leoht ofer his banum up oð heofon heah. cw'. heo seo cwen ꝥ of ðære moldan þær flores on ðam ꝥ wæter his bana ðwealer gegoten wæs. monige untrume men gehælede wæron. ⁊ heo ða bæd ða hyre man sumne dæl þære halwendan moldan sealde. ⁊ hire mon swa dyde. ⁊ heo ða on claðe bewand ⁊ on cyste dyde. ⁊ hire ham ferde; Ða wæs æfterfyligendre tide syþþan heo on hire mynstre wæs ꝥ ðider com sum cuma se wæs oft nihtlicum tidum semninga fram * unclænum gaste hefelice swenced. ða wæs he fremsumlice onfangen ⁊ æfter his æfen gereorde hine gerestan wolde. ða wæs he semninga fram deofle * gegripen ⁊ ongan clypian. ⁊ hlydan. ⁊ mid his toþum gristbitian. ⁊ ꝥ fam of his muþe ut

* Weortanea. B.

* sawe. C

* uncuþum ⁊ unclænum. B.

* gerinen. B.

verant,] atque in Ecclesia, juxta honorem congruum, posuerunt: & ut Regia viri sancti persona memoriam haberet æternam, vexillum ejus super tumbam auro & purpurâ compositum apposuerunt; ipsámque aquam, in qua laverunt ossa, in angulo sacrarii fuderunt. Ex quo tempore factum est, ut ipsa terra quæ lavacrum venerabile suscepit, ad abigendos ex obsessis corporibus dæmones, gratię salutaris haberet effectum. Denique tempore sequente, cùm præfata Regina in eodem monasterio moraretur, venit ad salutandam eam Abbatissa quædam venerabilis, quæ usque hodie superest, vocabulo Æthilhild, soror virorum sanctorum Æthilwini, & Aldwini; quorum prior Episcopus in Lindissi provincia, secundus erat Abbas in monasterio, quod vocatur Peartaneu; à quo non longè & illa monasterium habebat. Quum ergò veniens illò, loqueretur cum Regina, atque inter alia sermone exorto de Oswaldo diceret, quòd & ipsa lucem ipsâ nocte illâ supra reliquias ejus ad cœlum usque altam, vidisset; adjecit Regina, quòd de pulvere pavimenti, in quo aqua lavacri illius effusa est, multi jam sanati essent infirmi. At illa petit sibi portionem pulveris salutiferi dari; & accipiens illigatum panno, condidit in capsella & rediit. Transacto autem tempore aliquanto, cùm esset in suo monasterio, venit illuc quidam hospes, qui solebat, nocturnis sæpiùs horis, repentè ab immundo spiritu gravissimè vexari. Qui cùm benignè susceptus, post cœnam in lecto membra posuisset, subitò à diabolo arreptus, * inclamare, dentibus frendere, * clamare. MSs. sing.

ut eode ⁊ he misenlicum styrenessum ongan his limu ðræstan. Mid ðy hine ða nænig man ne gehaldan ne gebindan mihte. ða arn sum þeng ⁊ sloh tacen æt þam gæte. ⁊ sæde þære Abbudissan. ⁊ heo sona ꝥ geat ðær mynstres ontynde ⁊ eode mid anre hire þignenne to ðære wæpned manna stowe. ⁊ gehet ðær mynstres Mæsse Preost to hire ꝥ he sceolde mid hi gan to ðam untruman men. Ða heo ða ðider coman. ða gesawon hi þær monige men æt him beon ða ðe heora ongunnon ꝥ hi his *wedenheortnysse gestildon. ac hi ne mihton. Sang he se Mæsse Preost ⁊ ræde orationem. ða ðe wiþ ðære adle awritene wæron ⁊ ða þing dyde þe he selust wiþ ðon cuþe. ⁊ he hwæðere *nowiht on ðon fremede. mid ðy heora ða nænig him ænige helpe findan mihte. ða com semninga þære Abbudissan on gemynd seo forsprecene molda. ða hæt heo sona hire ðinenne gan ⁊ ða cyste hire to gefetigean. ðe seo molde on wæs. ða heo ða mid ða cyste on þone cafertun eode þær huses þe 'se *seoca man onþræsted wæs. ða geswigode he semninga ⁊ his heafod on hylde swa swa he slapen wolde. ⁊ his leomu on stilnesse gesette. Ða swigoden hi eac ealle ⁊ stille wæron ⁊ sorgiende bidon to hwon his ðing weorðan sceolde. ða wæs æfter med mycelre tide ꝥ he up *aræt ⁊ hefiglice asworette ⁊ cw. nu ic wat tela. ⁊ ic onfeng gewit mines modes. ⁊ hi ða geornlice hine acsedon hu ꝥ gelumpe. he cw. Sona mid þy ðe seo fæmne mid ða cyste [*þa heo bær] genealæhte ðam cafertune ðyses huses. ða gewitan ealle ða werigan gastas on wæg ða ðe me swenctan ⁊ *ðrycton ⁊ me forleton. ⁊ nohwær syððan ætywdon. Ða sealde seo Abbudisse him sumne dæl þære moldan

* wedenðre heortan. B.

* nanuht. C.

* feondseoca. B.

* astod B.

* Sic MS. B. ut Lat.

* ðrehtan. B.

spumare & diversis motibus cœpit membra torquere. Cúmque à nullo vel teneri vel ligari potuisset, cucurrit minister, & pulsans ad ostium nunciavit Abbatissæ. At illa aperiens januam monasterii, exivit ipsa cum una sanctimonialium fœminarum ad locum virorum, & evocans presbyterum rogavit secum venire ad patientem. Ubi cùm venientes viderent multos adfuisse, qui vexatum tenere, & motus ejus insanos comprimere conati nequaquam valebant, dicebat presbyter *exorcismos, & quęcunque poterat, pro sedando miseri furore agebat: sed nec ipse quamvìs multùm laborans, proficere aliquid valebat. Cúmque nil salutis furenti superesse videretur, repentè venit in mentem Abbatissæ pulvis ille præfatus. Statímque jussit ire ministram, & capsellam, in qua erat, adducere. Et cùm illa afferens quæ jussa est, intraret atrium domûs, in cujus interioribus dęmoniosus torquebatur, conticuit ille subitò, & quasi in somnum laxatus deposuit caput, membra in quietem omnia composuit: *conticuêre omnes, intentíque ora tenebant*, quem res exitum haberet, soliciti expectantes; Et post aliquantum horæ spatium resedit qui vexabatur, & graviter suspirans; modò, inquit, sanum sapio, recepi enim sensum animi mei. At illi sedulò sciscitabantur, quomodo hoc contigisset. Qui ait: Mox ut virgo hæc cum capsella quam portabat, appropinquavit atrio domus hujus, discessere omnes qui me premebant spiritus maligni, & me relicto nusquam comparuerunt. Tunc dedit ei Abbatissa portiunculam de pulvere il-

* *Sax.* cantavit & recitavit orationem

ðan ⁊ se Mæsse Preost Orationem aſæde. ⁊ hi for hine gebædon. ⁊ he ða niht ealle hall ⁊ geſund hine werſte. ⁊ ſyððan of ðære tide ða werigan gaſtas hine mid ænige ege ne mid geſwencednesse gretan dorſtan.

lo, & ſic datâ oratione à *presbytero noctem illam quietiſſimam duxit. Neque aliquid ex eo tempore nocturni timoris aut vexationis, ab antiquo hoſte, pertulit.

* Sax. à Presbyt. & illi pro illo orabant.

Cap. 12.

Ut ad tumbam ejus ſit puerulus à febre curatus.

Æfter ðyſſum æfterfyligendre tide ſum cniht on ðam mynſtre on Bearðan ea on langre lengten adle wæs hefiglice geſwenced. Ða wæs ſume dæge þæt he forgiende bad hwonne ſeo adl to him come. ða wæs gangende ſum ðæra broðra in to him. ⁊ cw. Wult ðu min cild þæt ic ðe gelære hu ðu gehæled beon miht fram ðyſſe adle hefignyſſe. aris ⁊ gang to cyricean to ðæs halgan Oſwaldes lice ⁊ ſite ðær ⁊ ſtille wuna ⁊ geſeoh þæt ðu ut ðanon ne gonge ær ſeo adl from ðe gewiten ſy. ðonne cume ic to ðe ⁊ ðe ðonne ham læde. Ða dyde he ſwa he hine lærde. eode geſittan to ðæs halgan weres * lice. ða ne com ſeo untrumnys to him no þy dæge. ac heo ſwa ondrædende fram him gewat þæt ne ðy æfteran dæge ne ðy ðriddan ne ofer þæt ſyððan hine * ó gerinan dorſte. Com ſum broðer ðanon. Cw. Beda. ðe me ſæde þæt hit ðus gedon wære. Sæde eac þæt ſe ylca broður ða gyt on ðam mynſtre lifiende wære on ðam cniht weſendum ða ðis hælo wundor geworden wæs. Ne wæs þæt ðonne to wundrianne ðeah ðe ðæs cyninges bene ða he mid Drihtne ricſade mid hine ſwiðode ⁊ genge wære. ſeðe ær ða hwile he ðis hwilendlice rice hæfde. ma he gewunode þæt he forðam ecan rice ſymle won ⁊ God * biddende. Sædon þæt þa men ðe hit cuðon

* aliàs byrigenne. ſuperſcrip. Cantabr.

* orihtgehrinan. B.

* alià benſode ſuperſcrip. Cantabr.

SEquente dehinc tempore, fuit in eodem monaſterio puerulus quidam, longo febrium incommodo, graviter vexatus. Qui cùm die quadam ſolicitus horam acceſſionis expectaret, ingreſſus ad eum quidam de fratribus; Vis, inquit, mi nate, *doceam te quomodo cureris ab hujus moleſtia languoris. Surge, inquit, ingredere Eccleſiam, & accedens ad ſepulchrum Oſwaldi, ibi reſide; & quietus manens [*adhære tumbæ,] vide nè exeas indè, [nec de loco movearis,] donec hora receſſionis febrium tranſierit; tunc ipſe intrabo & educam te indé. Fecit ut ille ſuaſerat. Sedentémque eum ad tumbam ſancti, infirmitas tangere nequaquam præſumpſit; *quoniam in tantùm timens aufugit, ut nec ſecundâ die, nec tertiâ, nec unquam exinde eum auderet contingere. Quod ità eſſe geſtum, qui referebat mihi frater indè adveniens adjecit, quòd eo adhuc tempore, quo mecum loquebatur, ſupereſſet in eodem monaſterio, jam juvenis ille, in quo tunc puero, factum erat hoc miraculum ſanitatis. Nec mirandum: preces Regis illius, jam cum *Domino regnantis, multùm valere apud eum, qui temporalis regni quondam gubernacula tenens, magìs pro æterno regno ſemper laborare ac deprecari ſolebat. Denique fe-

* ut. C.

* adhærere DEO bonum eſt. Pſal. 73. 28.

* quin. C. qui. W.

* Vide obſecro, ſuprà pag. 164. lin. 7. & vide lib. 4. cap. 14.

cuðon ꝥ he oftust fram ðære tide ðæs uhtlican lofsanges oþ lutterne dæg on gebedum astode ⁊ awunode. ⁊ for ðam gelomlicum ðeawe his gebeda swa hwær swa he sæt. ꝥ his gewuna wæs ꝥ he his handa upweardes hæfde ofer his cneowa. ⁊ symble Drihtne Gode his goda ðanc sægde. Wæs eac swylce gewidmærsod ⁊ on gewunon * gyddes gehwyrfed ꝥ he eac swylce betwih gebedes word his lif geendode. forðon ða he wæs mid wæpnum ⁊ mid feondum eall utan *behyped. ⁊ he sylfa ongeat ꝥ hine man ofslean sceolde. ða gebæd he for ðam saulum his weorudes. cwæðon hi be ðon ðus on gydde. Drihten God miltsa ðu saulum ussa leoda cw. se halga Oswald ða he on eorðan sah. Wæron eac his ban gelæded ⁊ gehealden on ðam mynstre æt Bearðan ea. Het swylce se cyning se ðe hine sloh his heafod on steng asettan. ⁊ his hand mid ðy earme ðe of his lichoman aslegen wæs. he het to ahon. Ða com æfter geares fæce. mid herige se æfterfyligend his rices * Oswigo his mæg. ⁊ hi ðær genam. ⁊ his heafod mon lædde to Lindesfearena ea. ⁊ ðær on cyricean bebyrigde. ⁊ his hand mid ðy earme * in ðære cynelican ceastre on Bebban byrig gehealdene syndon.

*godes. B. & C.

* ymbhered. B

*Osweo B. & C.

* C.

runt, quia à tempore matutinæ laudis sæpius, ad diem usque, in orationibus perstiterit, atque ob crebrum morem orandi, sive gratias agendi DOMINO, semper ubicunque sedens, supinas super genua sua manus habere solitus sit. *Vulgatum est autem, & in consuetudinem proverbii versum, quòd etiam inter verba orationis vitam finierit: Namque cum armis & hostibus circumseptus, jamjámque videret se esse perimendum, oravit ad DOMINUM pro animabus exercitûs sui. Unde dicunt in proverbio: *Deus miserere animabus, dixit Oswaldus cadens in terram.* Ossa igitur illius translata & condita sunt in monasterio quod diximus. Porrò caput & manus, cum brachiis, à corpore præcisas jussit rex qui occiderat in stipitibus suspendi. Quò post annum deveniens cum exercitu, successor regni ejus Oswin abstulit ea, & caput quidem in cœmeterio Lindisfarnensis Ecclesiæ, in regia verò civitate manus cum brachiis condidit.

* divulgatum C.

CAP. 13.

Ut in Hibernia sit quidam per reliquias ejus à mortis articulo revocatus.

NA læs ꝥ an ꝥ se hlisa þysses æþelan weres eall Breotena gemæro geondscine ac swylce eac be suðan sæ on Germania ⁊ eac somod ða dælas *Hibernia Scotta ealondes se hlisa his wundra becom. Forðam Acca se arwyrða B. gewunade oft secgan þa he to Rome wæs ferende. ⁊ mid Wilbrorde ðone halgan B. Fresena wæs wuniende. ꝥ he hine gelomlice hyrde secgan on

* on Hibernia. B.

NEc solùm inclyti fama viri Britanniæ fines lustravit universos, sed etiam trans Oceanum longè radios salutiferæ lucis spargens, Germaniæ simul & Hiberniæ partes attigit. Denique Reverendissimus antistes Acca solet referre, quia cùm Romam vadens apud sanctissimum Frissonum gentis Episcopum *Wilbrordum cum suo antistite Wilfrido moraretur, crebrò eum audiret de mirandis,

*Vilbrordum C.

ƿære mægþe be þam ƿundrum þe æt ðam banum þæs arƿurþan cyninges gedone ƿæron ⁊ Sƿylce he eac sæde se B'. mid ðy he ða gyta Mæsse Preost ƿæs on Hibernia. ⁊ ðær for heofona ƿices lufan on ællþeodignysse lifde. ꝥ he ðær in ðam ealonde ðone hlisan his halignesse feorr ⁊ ƿide gelomlice hyrde þonne magon ƿe nu an ƿunder secgean ðe he sæde betƿih oþer menigo ⁊ Sæde he ꝥ on ða tid ðæs miclan ƿoles ⁊ * moncƿylde ðe Breotona ealond. ⁊ Hibernia mid mycle ƿole fornam. ⁊ forhergode. ꝥ ƿæs geslegen mid þy ƿæle þæs ylcan ƿoles betƿih oþre menigo sum * leorning man on scole Scotta cynnes. ƿæs se mon ƿell gelæred on geƿritum. ac ymb þa gymene his ecre hælo he ƿæs tosæne ⁊ toreceleas ⁊ Ða he þa geseah ꝥ he ƿæs neh deaþe. þa ongan he forhtian ⁊ him ondrædan. ꝥ he sona þæs þe he dead ƿære for gearnungum his synna to helle locum gelæded beon sceolde ⁊ Cleopede me ða ⁊ cigde mid ðy ic ƿæs him on neaƿiste. ⁊ betƿih þam untruman sƿoretunga ⁊ forhtigende ⁊ ƿeƿende stæfne þus ƿæs sƿrecende. ⁊ * seofiende to me cƿ'. Hƿæt. ðu gesihst ꝥ ðeos adl ⁊ ðeos hefignes mines lichoman sƿyþe ƿeaxeþ. ꝥ ic eom nyded ꝥ icsceal hraþe deaþ underhnigan ⁊ Ne tƿeoge ic þonne me oƿuht æfter þæs lichoman deaþe. hraþe gelæded beon to þam ecan deaþe minre saule. ⁊ helle tingregu underþeoded beon. forþon mycelre tide betreoh * gelæto ðære godcundan leornunge ictme synnum ⁊ leahtrum ðeodde. sƿyþor þonne Godes bebodum ⁊ Me is nu fæstlice in mode. gif seo uplice arfæstnys me ænig fæc to lifianne forgifan ƿylle. ꝥ ic ƿille mine leahterfulle ðeaƿas gesecgean. ⁊ to bebode ðæs godcundan ƿillan eall min mod ⁊ lif fæstlice gecyrran ⁊ Ic for soþ ƿat ꝥ ꝥ nis minre geearnunge ꝥ ic ylding onfo to lifianne. oþþe getreoƿige

* mancƿealmes. B.

* leorning cniht. B

* seouiende. B.

* geleso B. leoso C.

† ma. C.

quæ ad reliquias ejusdem reverendissimi Regis, in illa provincia gesta fuerint, narrare. Et in Hibernia cùm presbyter adhuc peregrinam, pro æterna patria duceret vitam, rumorem sanctitatis illius in ea quoque insula longè latéq; jam percrebuisse ferebat. E quibꝰ unum, quod inter alia retulit, miraculum præsenti nostræ historiæ inserendum credidimus. Tempore, inquit, mortalitatis quę Britanniam, Hiberniámque latâ strage vastavit, percussus est ejusdem clade pestis, inter alios, scholasticus quidam de genere Scotorum, doctus quidem vir studio literarum, sed erga curam perpetuæ suæ salvationis nihil omnino studii & industriæ gerens. Qui cùm se morti proximum videret, timere cœpit & pavere, nè mox mortuus, ob merita scelerum ad inferni claustra raperetur. Clamavítque me, cùm essem in *vicinia positus, & inter ęgra tremens suspiria, flebili voce talia mecum querebatur. Vides, inquit, quia jam, crescente corporis molestiâ, ad articulum subeundæ mortis compellor. Nec dubito, me, post mortem corporis, statim ad perpetuam animæ mortem rapiendũ, ac infernalibus subdendum esse tormentis, qui tempore non pauco inter studia divinæ lectionis, vitiorum potiùs implicamentis quàm divinis solebam servire mandatis. Inest autẽ animo (si mihi pietas *superna aliqua vivendi spatia donaverit) vitiosos mores corrigere, atque ad imperium divinæ voluntatis, totã, ex integro, mentem vitámque transferre. Verùm novi, non hoc esse meriti mei, ut inducias viven-

* Sic MSs. T. & W.

* Sic MSs. sing.

me

me onfonde beon nemne God me earmum 7 unƿyrþum gemiltsian ƿylle. ðurh ðara fultum 7 bene ðe him getreoƿlice ðeoƿdon ; We gehyrdon 7 se mæra hlisa is þæt ƿære on eoƿre ðeode ƿundorlicre halignysse cyning. Osƿald hatte. ðæs cyninges geleafa 7 mægnes heannes æfter deaþe eac sƿylce mid gelomlicra ƿundra ƿyrcnysse scean 7 *brihte ; Bidde ic ða la gif ðu ænig his reliquias hæbbe mid ðe þæt ðu me sylle. eaþe mæg þæt me drihten ðurh his geearnunge miltsian ƿylle ; Ða 7sƿarede ic him. ic hæbbe cƿ. he ðæs treoƿes dæl ðe his heafod on areted ƿæs. ða he ofslegen ƿæs. 7 gif ðu mid trumre heortan gelyfest ðonne mæg seo godcunde arfæstnys ðurh geearnunge sƿa myceles mannes ægðƿæþer gelengre fæc ðysses lifes ðe forgifan ge ðe eac ðæs ecan lifes ingangęs ƿyrþne gedon ; Ne ƿæs he ða yldende ac sona 7sƿarede 7 cƿ. þæt he on ƿyrum hæfde fæstne geleafan 7 * onƿalhne ða gehalgode ic ƿæter. 7 scæfþan dyde on ðæs forespecenan treoƿes. 7 sealde ðā *untrumum men drincan ; 7 sona þæs him bet ƿæs. 7 hine getrumede 7 geƿyrpte fram ðære untrumnysse. 7 he longe tide syþþan lifde 7 mid eallre his heortan 7 dædum fæstlice to Gode gecyrde. 7 sƿa hƿær sƿa he com þæt he eallum mannum sæde 7 bodode ða mildheortnesse ðæs arfæstan scyppendes. 7 þæt ƿuldor his getryƿan ðeoƿes ;

di vel accipiam, vel me accepturum esse confidam; nisi fortè misero mihi & indigno, veniam per auxilium eorum, qui illi fideliter servierunt, propiciari dignatus fuerit. Audivimus * autem & fama est celeberrima, quòd fuerit in gente vestra rex mirandæ sanctitatis, vocabulo Oswald, cujus excellentia fidei & virtutis, etiam post mortem, virtutum frequentium operatione, claruerit. Precórq; si aliquid reliquiarum illius penes te depositum habes, adferas mihi;[a] si fortè mihi Dominus, per ejus merita, misereri voluerit. At ego respondi: Habeo quidem de ligno in quo caput ejus occisi à paganis infixum est, &, si firmo corde credideris, potest divina pietas per tanti viri meritum, & hujus tibi vitæ spatia longiora concedere, & ingressu te vitæ perennis dignum reddere. Nec moratus, illi integram se in*hoc habere fidem respondebat. Tunc benedixi aquam, & astulam roboris prę fati immittens, obtuli ægro potandum. Nec mora; meliùs habere cœpit, & convalescens ab infirmitate multo deinceps tempore vixit, totóq; ad DEUM corde & opere conversus, omnibus ubicunque perveniebat, clementiam pii conditoris, & fidelis ejus famuli gloriam prædicabat.

* aliàs onlihte superscrip. Cantab.

* Sic MSs. T. & C.

*ligno sc.&c. sed vid. Mar. 11.22.

* 7 on geƿealo C.

*sic MSs. B.&C. sed Cantab. mettruman

NOTÆ.

[a] Si fortè mihi Dominus per ejus [*R. Oswaldi*] merita misereri voluerit. *Cavendum nè dum ad Sanctorum merita confugitur, Christi meritis injurium fiat. De origine hujus in Sanctorum meritis confidentiæ, &c. vetus Ecclesiæ nostræ sententia inquiratur.*

Serm. Catholic. in Natale Sanctarũ Virginum.

Ne bohton hi nænne ele. ne hi ne gemetton nænne ðe him ða ele syllan ƿolde ;--- Witodlice se rihtƿisa on ðam dæge forh-

Nullum oleum emebant, neq; inveniebant ullum, illis qui oleum vendere voluisset. Et lin. 14. *Justi quidem die illo metuunt. Quamvis*

tah. ðeah ðe he þurh god ingehyd Gode licode. ðeah hƿæþere cƿacaþ ꝥ ingehyd ðær afyrht for ðam micclum brogan ðæs gemænan domes ; *Et paulò póst.*

per bonam conscientiam Deo placuerant ; Conscientia tamen, propter communis judicii horrorem ibi perterrita, contremiscit.

Cnuciaþ ⁊ eoƿ biþ geopenod. ac ƿe sceolon nu cnucian. ⁊ infær biddan to heofenan rice. na þonne. nu is mildheortnysse tima. ⁊ ðonne biþ domes tima ; Se ðe nele nu on mildheortnysse timan hine sylfne gerihtlæcan ðurh soþe behreoƿsunge. ðam bið heofenas geat belocen on ðæs domes timan ; Eala leofe menn micel modes biternys is on ðam ƿorde. ꝥ geat ƿæs belocen ; hi behreoƿsodon ꝥ hi ele næfdon. ac heora behreoƿsung ƿæs to lætt ; Sume gedƿolmen cƿædon ꝥ seo halige Maria Cristes modor. ⁊ sume oþre halgan sceolon hergian æfter ðam dome ða synfullan of þam deofle ælc his dæl. ac ðis gedƿyld arsprang of ðam mannum ðe on heora flæsclicum lustum symle licgan ƿoldon. ⁊ noldon mid earfoþnyssum ꝥ ece lif geearnian ; Ne hopige nan man to ðyssere leasunge. nele seo eadige Maria ne nan oðer halga lædan ða fulan ⁊ þa manfullan ⁊ ða arleasan ðe æfre on synnum þurhƿunodon ⁊ on synnum geendodon. into ðam clænan huse heofenan rices myrhþe. ac hi beoð deoflum gelice ⁊ on ecnysse mid deoflum on helle fyre cƿylmiað. ne mæg eal middan eard anum ðara geðingian ðe Crist þus to cƿeð. Discedite à me maledicti in ignem æternum qui præparatur diabolo et angelis eius. ꝥ is. Geƿitað fram me geaƿyrigedan into ðam ecan fyre. ðe ðam deofle is gegearcod ⁊ his aƿyrigedan englum;

Pulsate & vobis aperietur. **Nunc verò pulsare, & ingressum regni cælorum petere oportet ; non tunc: nunc tempus est misericordiæ: at tunc judicii tempus futurum: qui non vult seipsum misericordiæ tempore, per verum gemitum corrigere, huic januæ cælorum, judicii tempore, occludentur. O homines dilectissimi, magna mentis amaritudo huic verbo inest, viz.* janua occlusa est: *lugebant, quòd non habebant oleum; quorum tamen luctus nimis serò fuit. Hæretici quidam dixerunt, quòd Sancta Maria Christi mater, aliíque sanctorum, post judicium à diabolo peccatores, partem quisque suam eripuerint: sed error iste ex hominibus istis emanavit, qui in libidinibus carnalibus suis semper jacentes, æternam vitam illam cum difficultatibus noluerant promereri. Huic mendacio nemo confidat. Nec vult B. Maria, nec sanctorum alii, turpes istos, & flagitiosos, improbósque, qui in peccatis suis permanentes, in peccatis vitam finiunt, in puram illam regni cælestis gaudii domum perducere: verùm dæmoniis erunt similes, cum dæmoniis in inferno igne, sempiternò interituri: Haud potest totus mundus vel pro horum ullo intercedere; quibus Christus sic ait,* Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui diabolo, & angelis ejus *maledictis* præparatur. Matt. 25.41.

* *ante ingressum purgatorii.*

Et paulò póst.

Menig man ƿolde þone maran dæl his lifes * aspendan on his lustum ⁊ ðone læssan dæl on dædbote.

* *aliàs* libbe *superscrip. in MS°.*

Multi majorem vitæ suæ partem libidinibus suis velint insumere ; minorem verò pœnitentiæ, si nos-

dædbote. gif he ƿiste hƿænne he geendian sceolde; Us is bedigelod ure geendung. to ði þ ƿe sculon symle us ondrædan þone endenextan dæg. Ðone ðe ƿe ne magon næfre forescea-ƿian; Ƿe sceolon forþi ƿacian on ure heortan 7 on geleafan; Ƿe sceolon ƿacian on hihte 7 on soþre lufe; Ƿe sceolon ƿacian on godum ƿeorcum. 7 don buton ydelum gylpe gif ƿe hƿæt lytles to Gode gedoþ þ ƿe moton faran into heofenan rice mid þam clænan brydguman hælende Criste. Seþe leofaþ 7 rixaþ mid his heofenlican Fæder. 7 þam halgum Gaste. on ealra ƿoruld. Amen; *Hactenus Hom.*

sent, quando esset moriendum. finis noster nobis præterea occultus, ut diem extremum quem nequimus prævidere, semper horreamus. Cordibus ergò nostris invigilemus, & fidei: invigilemus spei, & veræ charitatis bonis invigilemus operibus: & quantillum boni possimus id agamus sine inani gloria; ut cœleste regnum intremus cum sponso illo puro, qui vivit, & regnat, cum patre suo cœlesti, & Spiritu Sancto in secula seculorum. Amen.

Quotusquisque est qui non videt tacitò Ecclesiam hîc præmonere, nè, qui illecebris hujus seculi absque pœnitentia nimium indulgentes, venturo se seculo tradunt purgandos, in infernos incidant cruciatus? NUNC verò pulsare, inquit,—&c. Quod si obnixè NUNC facimus (faciamus autem necessum est) ad sola merita Christi, per fidem & pœnitentiam, bonorúmque operum exercitium humilimè confugientes, litigia admodum ærumnosa, quæ Ecclesiam jamdiu exagitarunt, extemplò excident.

CAP. 14.

*Ut defuncto Paulino * Ithamar pro eo Rofensis Ecclesiæ præsulatum susceperit; & de humilitate mirabili * Regis Oswini, qui ab Oswio, crudeli cæde, peremptus est.* * Sic MSs. sing. * Sic MSs. sing.

ÐA ða Osƿald ƿæs gelæded to ðam heofonlican rice. ða onfeng ðæs eorþlican rices setl æfter him his broþor Osƿio. he hæfde xxx ƿintra ðá he to rice feng. 7 þ viii. 7 tƿentig ƿintra geƿinnfullice heold 7 hæfde. Fæht hine on 7 ƿon Penda se cyning. 7 seo hæþene ðeod Myrcna. sƿylce eac his agen sunu Ealhfriþ 7 Æþelƿald his broðor sunu. se ær him rice hæfde; Ða ƿæs ðy æfteran geare his rices þ se arƿurða fæder Paulinus se ƿæs * iu on Eoforƿic ceastre B'. on Hrofes ceastre forþ geƿat 7 to drihtne ferde ðy syxtan dæge Iduum Octobrium. æfter ðon þe he nygantine ƿinter 7 * tƿegen monaþ. 7 an 7 tƿentig daga B'. hade

* geo. C

* *Sic MSs B. & C. sed Cantab* xx.

TRanslato ergò ad cœlestia regna Oswaldo, suscepit regni terrestris sedem pro eo frater ejus Oswi, [juvenis] triginta circiter annorum, & per annos [viginti octo laboriosissimè tenuit. Impugnatus videlicet à pagano rege Penda, & ab ea, [quæ fratrem ejus occiderat,] pagana gente Merciorum, & à filio quoque suo * Alhfrido, necnon & à fratruo, id est, fratris sui, qui ante eum regnavit, filio Æthilwaldo, [cujus anno secundo, hoc est, ab incarnatione dominica anno sexcentesimo quadragesimo quarto,] Reverendissimus pater Paulinus, quondam quidem Eboracensis, sed tunc Episcopus Rofensis civitatis, transiit ad Dominum sexto Iduum Octobrium die: Qui decem & novem annos, menses duos, dies viginti unum Episcopa- *Anno Dom.* 644.

hæfde onfeng. ⁊ he wæs bebyrized on Sce. Andreas cyricean ðær Apostoles þa Æþelbyrht se cyning on ðære ylcan Hrofe ceastre het getimbrian. on ðære stowe Honorius se Ærce B. gehalgode Ithamar se wæs Cantwara leode. ac on his life ⁊ on his gelærednysse he wæs his foregengum gelic; Hæfde Oswio se cyning on ðam ærestan tidum his rices efenhlætan ðære cynelican * wurþnysse. ðæs nama wæs Oswine of Edwines * cynne ðæs cyninges. wæs he Osrices sunu; Be ðam we beforan sædon þ he wæs vii. winter * Dera cyning Oswine on ðære mæstan genihtsumnysse eallra ðinga. ⁊ he wæs æfæst ⁊ arfæst. ⁊ forþon eallum his leodum leof. ac ne mihte he hwæþere mid þone cyning þe ðone oþerne dæl Norðan-hymbra rices hæfde. þ is Beornica. sibbe habban. ac swa mycel ungeþwærnys ⁊ unsibb betwih him aras. þ hi heora weorud ⁊ heora fyrd gesomnedon mid ðy Oswine. ða geseah þ he ne mihte wiþ hine gewinnan. forðon he maran fultum ⁊ mare mægen hæfde; Ða wæs he nyttra ðinga ðencende. ⁊ demende þ he þ feoht forlete. ⁊ hine geholde to beteran tide. forlet ða his weorud ⁊ bebead þ manna gehwa him ham ferde fram ðære stowe þe is nemned Wilfæres dun seo is tyn milum west wih-te fram Cetriht *worþige; Ða gecyrde he mid ane his ðegne þe him getreowastne tealde. ðæs nama wæs Tondhere to † Hunwoldes ham his geriþes. þ he þær wolde digol beon. þone he him ær ðone holdestan gelyfde; Ac hit feor on oþre wisan wæs. forþon se ylca *geriþ þurh Æþelwine his gerefan mid ðy forswrecenan his þegne hine þær ameldode. ⁊ hine

* weorþnesse. B
* strynde. C.
* Daera B.
* *Sic MSs. B. & C. sed Canta.* worþine
† *sic MSs. B. & C. sed Cantabr.* him gewealdes.
* *sic MSs. B. & C. sed Cant.* geriþe.

tum tenuit. Sepultúsque est in secretario beati Apostoli Andreæ, quod rex Æthilbertus [à fundamentis] in eadem Rofi civitate construxit. In cujus locum Honorius Archiepiscopus ordinavit Ithamar, oriundum quidem de gente Cantuariorum, sed vitâ & eruditione antecessoribus suis æquandum. Habuit autem Oswi, primis regni sui temporibus, consortem Regiæ dignitatis, vocabulo Oswinum, de stirpe Regis Edwini, hoc est, filium Osrici, de quo suprà retulimus; virum eximiæ pietatis & religionis, qui provinciæ *Deirorum septem annis, in maxima omnium rerum affluentia, & ipse amabilis omnibus, præfuit: Sed nec cum eo, ille, qui cæteram transhumbranæ gentis partem ab aquilone, id est, *Berniciorum provinciam regebat, habere pacem potuit; quin potiùs, ingravescentibus causis dissentionum, [miserrimâ hunc cæde peremit. Siquidē] congregato contra invicem exercitu, cùm videret se Oswinus cum illo qui plures habebat auxiliarios, non posse bello confligere, ratus est utiliùs tunc, dimissâ intentione bellandi, servari se ad tempora meliora: Remisit ergò exercitum, [quem congregaverat,] ac singulos domum redire præcepit à loco, qui vocatur Wilfares dun, [id est, mons Wilfari, &] est à vico Cataractone decem fermè millia passuum, contra solstitialem occasum, secretus. Divertítque ipse cum uno tantùm milite suo fidelissimo, nomine *Tondhere celandus in domo comitis Hunvaldi, quem etiam ipsum sibi amicissimum autumabat. Sed [heu proh dolor!] longè aliter erat: Nam ab eodem comite proditum Oswinum, cum præfato ipsius milite, per præfectum suum Æthilwinum, detestandâ omnibus morte

*RR. Armach. pag. 395. l. 21.
* Ibid.
*Tondheri C

mon

mon þær laþlice deaþe acwealde; Wæs ðis gedon ⁊ geworden ðy þreoteoðan dæge Kalendarum Septembrium. þy nigoðan geare Osƿies rices. on þære stowe ðe is cweden * Ingetlingum. ðær æfter fæce for intingum clænsunge þysses mannes wæs mynster getimbrad for æghwæðeres cyninges saule alysnesse. ge ðæs ofslegenan ge ðæs ðe hine slean het. ⁊ ðær dæghwamlice Drihtne bena ⁊ gebeoda worene beon sceoldan ; Wæs he Oswine se cyning ge on onsyne fæger. ge on bodige heah. ge on gespræce wynsum. ⁊ on þeawum monþwære. ⁊ he wæs eallum rum gifa ge æþelum ge unæþelum ; Ðanon gelamp þ for his cynelicnysse ge modes ge onsynes ⁊ his geearnunge wurþnys þ he wæs fram eallum monnum lufad ; Of eallum þyssum biwylcum á to his folgoþe ⁊ to his þenunge ða æþelestan men coman ðysses cyninges ; Betwih oþer mægen ⁊ gemetfæstnys. syndrilicre bletsunge * wuldor ; Eac swylce is sæd þ he wære ðære mæstan eaþmodnysse swa swa we magó on anre bysne stowole oncnawan. gæf he ⁊ sealde þ betste hors. ⁊ ðæs * fæwestan heowes Aidane ðam B'. ðeah ðe he gewuna wære. þ he ma eode þonne ride. þ he hwæþere on þam mihte forðas oferridan. þonne he to hwylcere ea come oþþe gif hwylc nyd gelumpe þ he hrædlicor feran sceolde; Ða wæs æfter med mycelre tide þa he on ðam horse sæt þ him com sum ðearfa togeanes. ⁊ him ælmessan bæd. þa lihte he sona ⁊ het ðam þearfan þ hors syllan mid ðam cynelican * gebætum ðe him onstodan. forþon he wæs swiþe mildheort. ⁊ þearfena bigenga. swa swa fæder earmra ; Ða þe þis wæs þam cyninge sæd. cw. he to ðam B'. þa hi wæron to heora * swæsendum gongende ; Hwæt woldest þu min domne biscop þ cynelice hors þam þearfan syllan

*Sic MSs. B. & C. sed Cantab. ongetlingum.

* wundor. B.

* aliàs fæignestan. superscrip. Cantabr.

* aliàs ræðum. superscrip. Cantabr.

* gereordum superscrip.

interfecit. Quod factum est die tertiadecimâ Kalendarum Septembrium, anno regni ejus nono, in loco qui dicitur *Ingetlingum, ubi postmodum, castigandi hujus facinoris gratiâ, monasterium constructum est; in quo pro utriúsque regis, & occisi videlicet, & ejus qui occidere jussit, animæ* redemptione, quotidie DOMINO preces offerri deberent. Erat autem Rex Oswinus & aspectu venustus, & staturâ sublimis, & affatu jucundus, & moribus civilis, & manu omnibus nobilibus simul atque ignobilibus largus. Unde contigit, ut, ob regiam ejus & animi & vultûs & meritorum dignitatem, ab omnibus diligeretur; & undique ad ejus ministerium de cunctis propè provinciis viri etjam nobilissimi concurrerent. Cujus inter cæteras *virtutes & modestiam, &, [ut ita dicam,] specialis benedictionis glorias, etiam maxima fuisse fertur humilitas, [ut uno probare sat erit exemplo.] Donaverat equum optimum antistiti Aidano, in quo ille, quamvìs ambulare solitus, vel amnium fluenta transire, vel si alia quælibet necessitas insisteret, viam peragere posset; cui, cùm, parvo interjecto tempore, pauper quidam occurreret, eleemosynam petens, desiliens ille prę cepit equum, ita ut erat stratus regaliter, pauperi dari. Erat enim multùm misericors & cultor pauperum, ac velut pater miserorum. Hoc cùm Regi esset relatum, dicebat Episcopo, cùm fortè ingressuri essent ad prandium: Quid voluisti (Domine antistes) equum regium, quem te conveniebat

* Sic MS. C.

* Vide suprà pag. 164. lin. 7.

* virtutis & modestiæ, MSs. sing.

syllan. ðe þe gedafenode agan to habbanne ; Ac ne hæfde wit monig oðer uncymran hors ⁊ oðres* endes þ we mihton þearfum to tyþe syllan. þeah þu þ hors him ne sealdest þ ic ðe synderlice to æhte geceas ; Ða andswarede se B'. him sona ⁊ cw'. Hwæt sprecest ðu cyning ? cwyþst tu þ ðe si ðære myran sunu leofre ðonne þ Godes bearn ; Ða hi ðis spræcon ða eodan hi in to swæsendum ⁊ se B'. eode gesæt on his stowe on his setle ; Se cyning ðonne forþon he of huntnoþe com gestod æt þam fyre ⁊ hine wyrmde mid his þegnum. ⁊ ða semninga betwih ða wearminge gemunde he þ word þ se B'. him ær to cw'. ungyrde hine ða his sweorde ⁊ sealde ða his ðegne. ⁊ ða stop* ofostlice toforan þam B'. ⁊ feol to his fotum. ⁊ bæd þ he him bliþe wære ⁊ cw'. næfre ofer ðis ic owiht ma sprece [* oþþe deme hwæt þu sylle ⁊ oþþe hu mycel of uncrum feo þu Godes bearnum sylle ; Ða se B'. ða geseah ða eadmodnysse þæs cyninges swa mycele. ða ondræd he him swyþe. ⁊ sona aras him togeanes ⁊ hine up ahof ⁊ gehet þ he him swiþe bliðe beon wolde. ⁊ georne bæd þ he eode to his setle sittan to his swæsendum. ⁊ unrotnysse of his heortan asette ; Mid ðy he ða se cyning be ðæs B'. hæse ⁊ bene blisse onfeng. ða ongan he se B'. ongean ðon unrot weran. ⁊ swa unrot wæs þ he ongan wepan hlutrum tearum ; Ða *freng hine ⁊ acsade his Mæsse Preost on his agen geþeode þe se cyning ne cuþe. ne his *hiwan for hwon he weope. cw'.he. ic wat þ ðes cyning æfter ðyssum naht lange ne leofaþ. forþon [* ic næfre ær ðyssum ne geseah swa eadmodne cyning ; Forþon] ic ongyte þ he hrædlice of ðyssum life *faran sceal. ⁊ nis þeos ðeod wyrðe þ hi swylcne reccend ⁊ cyning habban ; Ne

wæs

proprium habere, pauperi dare? Nunquid non habuimus equos viliores plurimos, & alias species quæ ad pauperum dona sufficerent, quamvìs illum eis equum non dares, quem tibi specialiter possidendum elegi? Cui statim Episcopus: Quid loqueris, inquit, rex? Num tibi carior est ille filius equæ quàm ille filius Dei? Quibus dictis, intrabant ad prandendum, & Episcopus quidem residebat in suo loco. Porrò rex venerat de venatu & cœpit consistens ad focum calefieri cum ministris: Et repentè inter calefaciendum recordans *verbum, quod dixerat illi antistes, discinxit se gladio suo, & dedit illum ministro, festinúsque accedens, ante pedes Episcopi corruit, postulans ut sibi placatus esset; quia nunquam, inquit, deinceps aliquid loquar de hoc, aut judicabo quid, vel quantum, de pecunia nostra filiis Dei tribuas: quod videns Episcopus multùm pertimuit, ac statim exurgens levavit eum, promittens se multùm illi esse placatum, dummodo ille residens ad epulas tristitiam deponeret. Dúmque rex, jubente ac postulante Episcopo, lætitiam reciperet, cœpit contrà Episcopus tristis usque ad lacrymarum profusionem effici. Quem dum presbyter suus linguà patrià, quam rex & domestici ejus non noverant, quare lacrymaretur, interrogasset: Scio, inquit, quòd non multo tempore victurus est Rex. Nunquam enim vidi antehac humilem Regem. Unde animadverto, illum citiùs ex hac vita rapiendum: Non enim digna est hæc gens talem habere rectorem. Nec

* *aliàs* hiwæs *superscrip. Cantabr.*

* ofst-lice. C.

* *Sic MS. B.*

* *Sic MSs. sing.*

* frægn.

* hired. B.

* *Sic MS. B. ut Lat.*

* leoran. B.

ƿæs ða lanȝ fæc æfter þ se ȝrimma ƿitedom ðæs B'. ȝefylled ƿæs þ mon laþlice deaþe. þone cyninȝ acƿealde sƿa ƿe ær beforan sædon. Ge eac se sylfa B'. Aidan na læs * ma ðonne ðy tƿelftan dæȝe æfter ðæs cyninȝes sleȝe. þonne ðe he lufade. þ is ðy ærran dæȝe Kalendas Septembris of ðisse ƿorulde alæded ƿæs. ⁊ ece mede his ȝeƿinna fram Drihtne onfenȝ.

* mare. C.

multò pòst, dira antistitis præsagia tristi regis funere, de quo suprà diximus,] impleta sunt. Sed & ipse antistes Aidanus non plus quàm duodecimo post occisionē regis, quem amabat, die; id est, pridie Kalendarum Septembris de seculo sublatus, perpetua laborum suorum à Domino præmia recepit.

Cap. 15.

Ut Episcopus Aidanus nautis, & tempestatem futuram prædixerit, & oleum sanctum, quo hanc sedarent, dederit.

ANd hƿylcre ȝeearnunȝe ƿes B'. ƿære. mid ƿundra tacnum eac sƿylce se inlica dema ælmihtiȝ God monnum ȝecydde. ðonne is us nu ȝenoh þ ƿe of moniȝum ðreo areccan for intinȝan his ȝemyndes. Wæs sum arƿurþe Mæsse Preost ðæs nama ƿæs Utta. ƿæs he mycelre ȝestæþþiȝnysse ⁊ soþfæstnysse ƿer. ⁊ he forþon eallum þisse ƿorulde ealdormonnum ƿæs leof ⁊ ƿeorþ. ƿæs he eac sended on sume tid to *Cent þ he sceolde Osƿio þam cyninȝe ƿif *fetiȝean Eanflæde Eadƿines dohter ƿæs cyninȝes. seo ƿæs ær þider ȝelæded ða hire fæder ofsleȝen ƿæs. Ða ȝestihtade he ⁊ funde þ he ƿolde land *ƿyrþe ðider *ȝelædan ⁊ eft on *scyplade mid ða fæmnan ham hƿeorfan. Ða eode se Mæsse Preost to Aidane ðam B'. bæd hine þ he for hine ȝebæde. ⁊ for his ȝeferan ⁊ for heora ȝesynto to Gode þinȝode. ða hi sƿa mycelne siþfæt feran sceoldan. Ða dyde he sƿa ȝebæd hi fore. ⁊ hi bletsode ⁊ Gode bebead. sealde eac sƿylce þam Mæsse Preoste ȝehalȝodne ele. ⁊ cƿ'. him to. Ic ƿat. sona ðæs ðe ȝe on scyp astiȝaþ. þ ofer eoƿ cymeð mycel storm ⁊ hreohnes ⁊ ƿiþerƿard ƿind astiȝeð. ac ȝemyne ðu þ ðu ðisne ele ðe ic ðe nu sylle send on ða sæ. ⁊ sona instæpe. þa ƿindas ȝestillaþ ⁊ ðær sæs smyltnys æfterfyliȝeþ. ⁊ eoƿ

* Centlande.B.
* feccean.C.
* landferde.B & C.
* ȝeferian.C.
* sciplade.B & C.

fengon. And hi swa frige mid heora cyninge Drihtne Criste ðam soðan cyninge. for þam ecan rice on heofonum gefeonde ðeowdon ⁊ wæs he Wulfhere Myrcna cyning seofontyne winter. ⁊ he hæfde ærest Trumhere B'. him to lareowe. be þam we beforan sædon. Se æftera wæs * Gearumon. Þridda wæs Ceadda. ⁊ feorða Winferþ. Ealle ðas wæron endebyrdlice on his dæge Biscop hada brucende on Myrcna ðeode ⁊

* Jaruman. B.

cum suo rege liberi, Christo vero regi, pro sempiterno in cœlis regno, servire gaudebant. Præfuit autem idem rex [genti Merciorum,] annis decem & septem. Habuitque primum Episcopum Trumhere, de quo suprà diximus; secundum *Jaruman; tertium Ceaddan; quartum Winfridum: Omnes hi per ordinem sibimet succedentes sub rege Vulfhere, gentis Merciorum Episcopatu sunt functi.

* Sic MSS. W. & C.

Cap. 25.

Ut quæstio sit mota de tempore Paschæ, adversùs eos qui de Scotia venerant.

Sax. Deest

INterea Aidano Episcopo de hac vita sublato, Finan pro illo gradum Episcopatûs, à Scotis ordinatus ac missus, acceperat; qui in insula Lindisfarnensi fecit Ecclesiam Episcopali sede congruam. Quam tamen, more Scotorum, non de lapide, sed de robore secto totam composuit atque arundine texit: Quam, tempore sequente, Reverendissimus Archiepiscopus Theodorus in honorem beati Petri Apostoli dedicavit. Sed & Episcopus loci ipsius Eadberht ablatâ arundine, plumbei laminis eam totam, hoc est, & tectum, & ipsos quoq; parietes ejus cooperire curavit. His temporibus quæstio facta est frequens & magna, de observatione Paschæ, confirmantibus eis, qui de Cantia vel de Galliis advenerant, quòd Scoti dominicum Paschæ diem, contra universalis Ecclesiæ morem, celebrarent. Erat in his acerrimus verę Paschæ defensor nomine Ronan, natione quidem Scotus, sed in Galliæ ~~vel~~ Italiæ partibus regulâ Ecclesiasticæ veritatis edoctus; qui cum Finano confligens, multos quidem correxit, vel ad solertiorem veritatis inquisitionem accendit; nequaquam tamen Finanum emendare potuit, quin potiùs quòd esset homo ferocis animi, acerbiorem castigando, & apertum veritatis adversarium reddidit. Observabat autem Jacob diaconus quondam (ut suprà docuimus) venerabilis Archiepiscopi Paulini, verum & Catholicum Pascha cum omnibus quos ad correctiorem viam erudire poterat. Observabat & regina *Eanfleda cum suis, juxta quod in Cantia fieri viderat, habens secum de Cantia presbyterum Catholicę observationis, nomine Romanum. Unde nonnunquam contigisse fertur illis temporibus, ut bis in anno uno Pascha celebraretur. Et cùm Rex Pascha Dominicum solutis jejuniis faceret, tum regina cum suis, persistens adhuc jejunio diem palmarum celebraret. Hęc autem dissonantia Paschalis observantiæ, vivente Aidano, patienter ab omnibus tolerabatur, qui patenter intellexerant, quia etsi pascha, contra morem eorum qui ipsum miserant, facere non potuit, opera tamen fidei, pietatis, & dilectionis, juxta morem, omnibus sanctis consuetum, diligenter exequi curavit. Unde ab omnibus, etiam his qui de Pascha aliter sentiebant, meritò diligebatur, nec solùm à mediocribus, verùm ab ipsis quoque Episcopis, Honorio Cantuariorum, & Felice Orientalium Anglorum venerationi habitus est. Defuncto autem Finano, qui post illum fuit, cùm Colmanus in Episcopatu succederet, & ipse missus à Scotia, gravior de observatione Paschæ, necnon & de aliis Ecclesiasticæ vitæ disciplinis, controversia nata est. Unde meritò movit hæc quæstio sensus & corda multorum timentium, ne fortè, accepto Christianitatis vocabulo, *in vacuum currerent aut cucurrissent.* Pervenit & ad ipsas principum aures, Oswi videlicet regis, & filii ejus

* Eanfled. W. & C.

Alchfridi: Quia nimirum Oswi à Scotis edoctus ac baptizatus, illorum etiam linguâ optimè imbutus, nil melius quàm quod illi docuissent, autumabat. Porrò Alchfrid magistrum habens, eruditionis Christianæ, Wilfridum virum doctissimum: nam & Romam priùs propter doctrinam Ecclesiasticam adierat, & apud Dalfinum Archiepiscopum Galliarum Lugduni multum temporis egerat; à quo etiam tonsuræ Ecclesiasticæ coronam susceperat: Hujus doctrinam omnibus Scotorum traditionibus jure præferendam sciebat. Unde ei etiam donaverat monasterium quadraginta familiarum, in loco qui dicitur in *Hrypum: Quem videlicet locum paulò antè, eis qui Scotos sequebantur, in possessionem monasterii dederat. Sed quia illi postmodum, datâ sibi optione magis loco cedere, quàm suam mutare consuetudinem volebant, dedit eum illi qui dignam loco & doctrinam haberet & vitam. Venerat eo tempore Agilberhtus Occidentalium Saxonum Episcopus, cujus suprà meminimus, amicus Alchfridi Regis & Wilfridi Abbatis, ad provinciam Northanhymbrorum, & apud eos aliquandiu demorabatur; qui etiam Wilfridum rogatu Alchfridi, in præfato suo monasterio, presbyterum fecit: Habebat autem secum ipse presbyterum, nomine Agathonem. Motâ ergò ibi quæstione de Pascha, vel tonsura, vel aliis rebus Ecclesiasticis, dispositum est, ut in monasterio, quod dicitur Streaneshalch, quod interpretatur sinus fari, (cui tunc Hilda abbatissa, Deo devota fœmina, præfuit,) synodus fieri, & hæc quæstio terminari deberet. Venerúntque illò reges ambo pater scilicet, & filius; Episcopi Colman cum clericis suis de Scotia; Agilberchtus, cum Agathone & Wilfrido presbyteris: Jacobus & Romanus in horum parte erant; Hilda abbatissa cum suis in parte Scotorum; in qua erat etiam venerabilis Episcopus Cedda jamdudum ordinatus à Scotis (ut suprà docuimus;) qui & interpres in eo concilio vigilantissimus utriusque partis exstitit. Primúsque rex Oswi, præmissâ præfatione, quòd oporteret eos, qui UNI DEO servirent, unam vivendi regulam tenere; nec discrepare in celebratione Sacramentorum cœlestium, qui unum omnes in cœlis regnum expectarent: Inquirendum potiùs, quæ esset verior traditio, & hanc ab omnibus communiter esse sequendam. Jussit primò, dicere Episcopum suum Colmanum qui esset ritus, & unde originem ducens ille, quem ipse sequeretur. Tunc Colmanus, Pascha, inquit, hoc quod agere soleo, à majoribus meis accepi, qui me huc Episcopum miserunt; quod omnes patres nostri, viri Deo dilecti, eodem modo celebrasse cognoscuntur. Quod nè cui contemnendum & reprobandum esse videatur, ipsum est quod beatus Johannes Evangelista, discipulus specialiter Domino dilectus, cum omnibus quibus præerat Ecclesiis, celebrasse legitur. Quo hæc & his similia dicente, jussit Rex & Agilberhtum proferre in medium, morem suæ observationis unde initium haberet, vel quâ hunc auctoritate sequeretur. Respondit Agilberhtus: Loquatur obsecro vice meâ discipulus meus Wilfrid presbyter; quia unum ambo sapimus cum cæteris, qui hîc assident, Ecclesiasticæ traditionis cultoribus, & ille meliùs ac manifestiùs ipsâ linguâ Anglorum, quàm ego per interpretem, potest explanare quæ sentimus. Tum Wilfrid, jubente rege, ut diceret, itâ exorsus est; Pascha quod facimus, inquit, vidimus Romę ubi beati Apostoli Petrus & Paulus vixere, docuere, passi sunt, & sepulti, ab omnibus celebrari; hoc in Italia, hoc in Gallia, quas discendi vel orandi studio pertransivimus, ab omnibus agi conspeximus. Hoc Africam, Asiam, & Ægyptum, Græciam, & omnem orbem, quacunque Christi Ecclesia diffusa est, per diversas nationes ac linguas; uno, ac non diverso temporis ordine, geri comperimus, præter hos tantùm & obstinationis eorum complices, Pictos dico, & Britones, cum quibus de duabus ultimis Oceani insulis, & his non totis, contra totum orbem stulto labore pugnant. Cui hæc dicenti respondit Colmanus: Mirum quare stultum appellare velitis laborem nostrum, in quo tanti Apostoli, qui super pectus Domini recumbere dignus fuit, exempla sectamur; cùm ipsum sapientissimè vixisse omnis mundus noverit. At Wilfridus: Absit, inquit, ut Johannem stultitiæ reprehendamus, cùm scita legis Mosaicæ juxta literam servaret, Judaizante adhuc in multis Ecclesiâ, nec subitò valentibus Apostolis, omnem legis observantiam, quæ à Deo instituta est, abdicare. Quomodo simulacra,

quæ

* *Sic MS. C. in Ripum, T. & W.*

quæ à dæmonibus inventa sunt, repudiare omnes qui ad fidem veniunt necesse est: videlicet nè scandalum facerent eis qui inter gentes erant Judæis. Hinc est enim quòd Paulus Timotheum circumcidit, quòd hostias in templo immolavit, quòd cùm Aquila & Priscilla caput Corinthi totondit: ad nihil videlicet utile nisi ad scandalum vitandum Judæorum. Hinc quòd eidem Paulo Jacobus ait. *Vides frater, quot millia sunt in Judæis qui crediderunt, & omnes ii æmulatores sunt legis*: nec tamen hodie, clarescente per mundum Evangelio, necesse est, imò nec licitum fidelibus vel circumcidi, vel hostias Deo victimarum offerre carnalium. Itaque Johannes secundùm legis consuetudinem quarta decimâ die mensis primi, ad vesperam incipiebat celebrationem festi paschalis, nil curans utrùm hęc sabbato, an aliâ qualibet feriâ proveniret. At verò *Petrus, cùm Romæ prædicaret, memor quia Dominus primâ sabbati resurrexit à mortuis, ac mundo spem resurrectionis contulit, ità Pascha faciendum intellexit, ut secundùm consuetudinem ac præcepta legis, quartamdecimam lunam primi mensis, æquè sicut Johannes Orientem, ad vesperam semper expectaret. Et hac exortâ, si Dominica dies (quæ tunc prima sabbati vocabatur) erat manè ventura, in ipsa vespera Pascha dominicum celebrare incipiebat; quomodo & nos omnes hodie facere solemus. Sin autem dominica, non proximo manè post lunam quartam decimam, sed sextadecimâ, aut septimadecimâ, aut aliâ qualibet lunâ, usque ad vicesimam primam, esset ventura; expectabat eam, & præcedente sabbato, vespere, sacrosancta Paschæ solennia inchoabat. Sicque fiebat ut Dominica Paschæ dies, non nisi à quintadecima luna usque ad vicesimam primam servaretur. Neque hæc Evangelica & Apostolica traditio legem solvit, sed potiùs adimplet, in qua observandum Pascha à quartadecima luna primi mensis ad vesperam, usque ad vicesimam primam lunam ejusdem mensis ad vesperam prçceptum est; in quam observantiam imitandam, omnes beati Johannis successores in Asia, post obitum ejus, & omnis per orbem Ecclesia conversa est, & hoc esse verum Pascha, hoc solum fidelibus celebrandum Nicęno concilio, non statutum noviter sed confirmatum est: ut Ecclesiastica docet historia. Unde constat vos, Colmanne, neque Johannis (ut autumatis) exempla sectari; neque Petri, cujus traditioni, scientes contradicitis; neque legi, neque Evangelio, in observatione vestri Paschæ congruere. Johannes enim ad legis Mosaicæ decreta tempus Paschale custodiens, nil de prima sabbati curabat, quod vos non facitis, qui non nisi primâ sabbati Pascha celebratis. *Petrus à quintadecima luna usque ad vicesimam primam, diem Paschæ dominicum celebrabat: quod vos non facitis, qui à quartadecima usque ad vicesimam lunam, diem Dominicum Paschæ observatis: ità ut tertiadecimâ lunâ ad vesperam sępiùs Pascha incipiatis, cujus neque lex ullam fecit mentionem, neq; auctor ac dator Evangelii Dominus in ea, sed in quartadecima, vel vetus Pascha manducavit ad vesperam, vel novi Testamenti sacramenta, in commemorationem suæ Passionis, Ecclesiæ celebranda tradidit. Itémque lunam vicesimam primam, quam lex maximè celebrandam commendavit, à celebratione vestri Paschæ funditus eliminatis. Sicque, ut dixi, in celebratione summæ festivitatis, neque Johanni, neque Petro, neque Legi, neque Evangelio concordatis. His contrà Colmanus: Nunquid, ait, Anatolius vir sanctus, & in præfata historia Ecclesiastica multùm laudatus, Legi vel Evangelio contraria sapuit, qui à quartadecima usque ad vicesimam Pascha celebrandum scripsit? Nunquid reverendissimum patrem nostrum Columbam, & successores ejus, viros Deo dilectos, qui eodem modo Pascha fecerunt, divinis paginis contraria sapuisse, vel egisse credendum est? Cùm plurimi fuerint in eis, quorum sanctitati cœlestia signa, & virtutum quę fecerunt miracula, testimonium præbuerunt: quos ipse sanctos esse non dubitans, semper eorum vitam, mores, & disciplinam sequi non desisto. At Wilfridus: Constat, inquit, Anatolium virum sanctissimum, doctissimum, ac laude esse dignissimum: Sed quid vobis cum illo, cùm nec ejus decreta servetis? Ille enim in Pascha sua regulam utiq; veritatis sequens, circulum novemdecim annorum posuit, quem vos aut ignoratis, aut agnitum à tota Christi Ecclesia custoditum, pro nihilo contemnitis. Ille sic in Pascha Dominica quartamdecimam lunam computavit, ut hanc eadem

* Sic MSS. sing.

* RR. Armach. p. 931. l. 23.

dem ipsâ die, more Ægyptiorum quintamdecimam lunam ad vesperam esse fateretur: Sic item vicesimam, die dominico Paschæ annotavit, ut hanc, declinatâ eadem die, esse vicesimam primam crederet. Cujus regulam distinctionis vos ignorasse probat, quòd aliquoties Pascha manifestissimè ante plenilunium, id est, in tertiadecima luna facitis. De patre autem vestro* Columba, & sequacibus ejus, quorum sanctitatem vos imitari, & regulam ac prȩcepta, cœlestibus signis confirmata, sequi perhibetis, possum respondere; quia multis in judicio dicentibus Domino, quòd *in nomine ejus prophetaverint, & dæmonia ejecerint & virtutes multas fecerint*; Responsurus sit Dominus, *Quia nunquam eos noverit*. Sed absit ut hoc de patribus vestris dicam, quia justius multò est de incognitis bonum credere quàm malum. Unde & illos Dei famulos ac Deo dilectos esse non nego, qui simplicitate rusticâ sed intentione piâ, Deum dilexerunt. Neque illis multùm obesse reor talem Paschæ observantiam, quamdiu nullus advenerat qui eis instituti perfectioris decreta, quȩ sequerêtur, ostenderet. Quos utique credo, siquis tunc ad eos Catholicus calculator adveniret, sic ejus monita fuisse secuturos, quomodò ea quæ noverant ac didicerant, Dei mandata probantur fuisse secuti. Tu autem & socii tui, si audita decreta sedis Apostolicȩ, imò universalis Ecclesiȩ, & hæc literis sacris confirmata sequi contemnitis, absque ulla dubitatione peccatis: Etsi enim patres tui sancti fuerunt, nunquid universali quȩ per orbem est Ecclesiæ Chrsti, eorum est paucitas una, de angulo extremæ insulæ, præferenda? Etsi sanctus erat ac potens virtutibus ille Columba vester, imò & noster si Christi erat, num præferri potuit beatissimo Apostolorum principi? Cui Dominus ait; [a]*Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam, & tibi dabo*[b]*claves regni cælorum*. Hæc perorante Wilfrido dixit rex. Veréne Colmane hæc illi Petro dicta sunt à Domino? qui ait, Verè, rex. At ille: Habetis, inquit, vos proferre aliquid tantæ potestatis vestro Columbæ datum? At ille ait: Nihil. Rursum autem rex: Si utriq; vestrum, inquit, in hoc sine ulla controversia consentiunt, quòd hæc principaliter Petro dicta, & ei claves regni cœlorum sunt datæ à Domino. Responderunt etiam utriq;: At ille ita conclusit; Et ego vobis dico, quia hic est Ostiarius ille, cui ego contradicere nolo, sed in quantum novi, vel valeo, hujus cupio in omnibus obedire statutis, nè fortè, me adveniente ad fores regni cœlorum, non sit qui reserat, adverso illo, qui claves tenere probatur. Hȩc dicente rege, faverunt assidentes quique, sive astantes majores, unà cum mediocribus, & abdicatâ minùs perfectâ institutione, ad ea quæ meliora cognoverant, sese transferre festinabant.

*RR Armach pag. 930. l. 27.

NOTÆ.

[a] *Dominus ait*; Tu es Petrus; & supra hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam---. Quòd hȩc PRINCIPALITER Petro dicta— & ei claves— Hæc dicente Rege, faverunt assidentes.— Faverunt, *inquit, quasi argumentum Regis aliàs per se satìs invalidum, & auditorum favore opus fuerit: Quin veteris Ecclesiæ Romano-Saxonicæ autoritas, totam controversiam de Petro, & fide Petri ità illustrat, ut hinc nosmetipsos doctrinæ Catholicæ à doctoribus nostris acceptæ, non innovatores esse facilè evincamus. Hæc ut reliqua in gratiam veritatis studiosorum sic transfero.* *Serm. Cathol. de* S. Petro, *p.* 405.

Petrus him andsƿyrde; Drihten gif þu hit sy hat me gan to ðe bufon ðam ƿætere; Petrus ƿæs fyrmest on þam ƿerede. ⁊ cafost on Cristes lufe; He ƿolde gelomeana andƿyrdan for hi ealle. sƿa sƿa he dyde ða ða Crist hi befran hu men cƿyd-dodon be him. ⁊ syþþan axode hi. Hu cƿeþe ge be me; Ða cƿæþ Petrus;

Petrus illi respondit, Domine, si tu sis ille, jube me adire te super aquam: Petrus fuit in acie illa primus, & in amore Christi vehementissimus: ille ut plurimùm* unus, pro omnibus *illis responderet, prout fecerat, quando* Christus illos *rogabat, quid homines de ipso dicerent: Et postea* illos *sciscitatus est, Quid* vos *de me dicitis? tunc ait Petrus, Tu es*

* scil. *ut Christo proximus, sic ad alloquendum aptissimus.*

Petrus? Ðu eart Crist ðæs lifigendan Godes sunu? An ⁊-ƿyrde for manegum. forþan ðe annys ƿæs on him manegum? Crist cƿæþ to him betƿux oþrum ƿordum? Ic secge ðe ðu eart Petrus. ⁊ ofer ðisne stan ic getimbrige mine cyrcan? Augustinus tractavit quod Petrus in figura significat Ecclesiam. quia Christus Petra. Petrus populus Christianus? Ær þan fyrste ƿæs his nama Simon. ac Drihten him gesette þisne naman Petrus. þ is stænen. to ði þ he hæfde getacnunge Cristes gelaþunge? Crist is cƿeden Petra. þ is stan. ⁊ of ðam naman is gecƿeden Petrus eal cristen folc? Crist cƿæþ ðu eart stænen. ⁊ ofer ðisne stan þ is ofer þam geleafan þe þu nu andettest. ic getimbrige mine cyrcan? Ofer me sylfne ic getimbrige mine cyrcan. ofer me ic getimbrige ðe. na me ofer ðe? Ic eom seo trumnyss ðe ðe healdan sceal. ⁊ ealle ða getimbrunge Cristenre gelaðunge? Nu berþ Petrus þ hiƿ oþþe getacnunge ðære halgan gelaþunge on þære he is ealdor under Crist?

Christus, Dei viventis filius. Unus respondit pro pluribus: unitas *enim illis* multis *inerat. Christus illis inter reliqua verba dixit, Ego tibi dico, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Augustinus tractavit, quod Petrus in figura significat Ecclesiam:* quia Christus Petra: *Petrus [autem] populus Christianus. Ante hoc tempus nomen illi* Simon *fuit: sed Dominus hoc nomen* Petrus *illi imposuit, id est,* Petræus: *in hoc scil. ut Christi Ecclesiæ** typum *haberet.* Christus *dicitur* petra, *hoc est*, lapis; *& de hoc nomine dicitur* Petrus, omnis, *scil.* populus Christianus. *Christus dixit, Tu es**Petrus, *& super hanc petram, hoc est,* super *fidem illam, quam tu nunc confessus es, ædificabo Ecclesiam meam. *Super * meipsum ædificabo Ecclesiam meam, super me ædificabo te, non me super te. Ego sum robur illud quod te sustinebit; totúmque Ecclesiæ Christianæ ædificium. Nunc gerit Petrus typum illum aut significationem Ecclesiæ sanctæ, in * qua sub Christo* senior *exsistit.*

* non caput.

* Sax. *Petræus.*

* *Petra est fides.*

* *Sive Christus ipse. Vide* S. *Augustinum* De verbis Domini, *Serm.* 13. &c.

* *in* qua, *non in* quam.

Et Serm. Cath. Kal. Jul. Passio Apostolorum Petri & Pauli, p. 160. l. 16.

Drihten cƿæð to Petre. Ðu eart stænen? For þære strencðe his geleafan. ⁊ for anrædnysse his ⁊detnysse he underfencg ðone naman. forðan ðe he geþeodde hine sylfne mid fæstum mode to Criste. se þe is stan gecƿeden fram ðam Apostole Paule? ⁊ ic timbrige mine cyrcan uppon ðyssum stane. þ is ofer ðon geleafan ðe ðu andetst? Eall Godes gelaþung is ofer ðam stane gebytlod. þ is ofer Criste. forþan ðe he is se grundƿeall eallra þæra getimbrunga his agenre cyrcan? Ealle Godes cyrcan synd getealde to anre gelaþunge. ⁊ seo is mid gecorenum mannum getimbrod. na mid deadum stanum

Dominus dixit Petro, Tu es*Petrus, *propter robur fidei suæ, & propter consensum confessionis suæ hoc nomen suscepit; quoniam seipsum mente firmâ subjecit Christo,* *qui Paulo Apostolo* petra *dicitur. Et ego super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: hoc est, super * fidem illam quam tu confiteris. Tota Christi Ecclesia super* petram illam *exstructa est; hoc est, super* Christum; *quoniam* ille *cunctorum Ecclesiæ suæ ædificiorum* fundamentum *est. Omnes Dei Ecclesiæ, in unam congregationem adnumerantur: atque illa, hominibus electis, non lapidibus inanimatis ædificatur:*

* *Sax.* Petræus.

* Petra Christus.

* *Et fides.*

⁊ eall seo bytling ðæra liflicra stana is ofer Criste gelogod. Forþan ðe ƿe beoþ ðurh ðone geleafan his lima getealde. ⁊ he ure ealra heafod; Seþe bytlað of þam grundƿealle his ƿeorc hƿyrt to micclum lyre; Se hælend cƿæþ. Ne magon helle gatu naht togeanes minre cyrcan; Leahtras ⁊ dƿollic lar syndon helle gatu. Forþan ðe hi lædað ðone synfullan sƿylce ðurh geat into helle ƿite; Manega sind ða gatu. ac heora nan ne mæg ongean ða halgan gelaþunge ðe is getimbrod uppon ðam fæstan stane Criste. Forþan ðe se gelyfeda þurh Cristes gescyldnysse ætƿint þam frecednyssum ðæra deoflicra costnunga;

totáque illa viventium lapidum structura super Christum locatur; quoniā nos membra ejus per FIDEM *adnumeramur; atque ille omnium nostrûm caput. Qui citra hoc fundamentum exstruit, fabrica sua in ruinam magnam assurgit. Jesus dixit, Haud possunt portæ inferni quid in Ecclesiam meam: flagitia & hæretica doctrina sunt inferni portæ; quoniam peccatorem, quasi per portam, in inferni pœnam ducunt. Portæ multæ sunt: harum tamen nulla adversùs sanctam possunt Ecclesiam, quæ super * Petram firmam, Christum scil. ædificatur. Fideles enim tentationum diabolicarum periculis, per Christi præsidium eluctantur.*

* *Petra Christus.*

* *Pag.*246.

**Liber ministri Missæ pro Maronitarum natione, Syro-Arabicè* ROMÆ *excusus, miro artificio subobscurus est: (quasi testimonium S. Pauli de Ecclesia,* super fundamenta Prophetarum & Apostolorum fundata, *ad solum S. Petrum torquere velit.) Sic Latinè transtuli;* Fundavit [*Filius Dei*] fundamenta ejus, scil. Ecclesiç sanctæ, super Simonem Petrum. *Autor nè eludat Paulum, ad quem alludit. Sic enim Ephes.*2.20. Estis superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum. *Partes suas inter primos, S. Petro tribuat; nec cæteros suis defraudabit: At sequenti pag. idem liber Missalis, fidem & lapidem angularem, S. Petri, & Ecclesiæ fundamenta statuit. Nimirum,* Super Petram FIDEI positus est Simon *fidelis; & super† Cepham [*sive lapidem*] capitis anguli, posita sunt fundamenta tua, O Ecclesia. *Tantæ molis erit Ecclesiam Christi, de Petra sua, Christóque capite suo deturbare.*

* *Petrus quemvis fidelem significat*

† *Perpende versionem Syr.* 1.*Pet.*2.4,5. *ubi Christus est* Cephas, *sc. Petra: & Christiani sunt Cephæ sive Petri, hoc est, lapides Christo superstructi*

b Tibi dabo claves regni cœlorum-- *Vide Serm. Cathol. Kal. iiii. Passio Apostolorum Petri & Pauli, pag.*160- *Sic Latinè verto.*

He cƿæþ. Ic þe betæce heofonan rices cæge; Nis seo cæig gylden. ne sylfren. ne of nanum antimbre gesmiþod. ac is se anƿeald ðe him Crist forgeaf. þ nan man ne cymþ into Godes rice buton se halga Petrus him geopenige þ infær; ⁊ sƿa hƿæt sƿa ðu bintst ofer eorþan. þ biþ gebunden on heofonum; ⁊ sƿa hƿæt sƿa ðu unbintst ofer eorþan þ biþ unbunden on heofenan; Ðisne anƿeald he forgeaf nu Petre ⁊ eac syþþan ær his upstige eallum his Apostolum. ða ða he him on ableoƿ þus cƿeþende. Onfoþ halige gast. ðæra manna sinna ðe ge forgyfaþ beoþ forgyfene;

Ille ait; Ego tibi regni cœlestis clavem trado. *Clavis illa, nec aurea est, nec argentea; neque ex aliqua alia materia conflata: sed** potestas *ea est quam illi Christus dedit; ità ut nemo regnum Dei intrarit, nisi S. Petrus, hunc illi ingressum aperuerit.* Et quicquid ligaveris super terram, ligatum erit in cœlis, & quicquid solveris super terram, solutum erit in cœlis. *Potestatem hanc Petro* Nunc *dedit; atq; etiam postea, ante ascensum suum,* Apostolis suis omnibus *quando illis insufflaverit, sic dicens:* Accipite Spiritum Sanctum; Quorum remiseritis peccata remittuntur eis;

* *Clavis (inquit vetus Ecclesia Romano-Saxonica) est potestas Petro, à Christo data; atqui hæc eadem potestas (ut infrà) reliquis Apostolis data fuit, Joh.* 20.21,22,23. *Ergò & eandem clavem, extra controversiam, hic dari cernimus.*

fene; ⁊ þam þe ge forgifenysse ofunnon. him bið oftogen seo forgyfenys; Nellað ða Apostoli nænne rihtwisne mid heora mansumnunge gebindan. ne eac ðone manfullan miltsigende unbindan butan he mid soþre dædbote gecyrre to lifes wege; Ðone ylcan andweald hæfð se ælmihtiga getiþod biscopum. ⁊ halgum Mæsse Preostū gif hi hit æfter þære godspellican gesetnysse carfullice healdað; Ac for ði is seo cæig Petre synderlice betæht. þ eall ðeodscipe gleawlice to cnawe. þ swa hwa swa oðscyt fram annysse ðæs geleafan ðe Petrus ða andette Criste. þ him ne bið getiþod naþor ne synna forgyfenys ne infær þæs heofenlican rices.

& quorum remissionem retinueritis, illis erit retenta remissio; *nolunt Apostoli justum aliquem, excommunicatione suâ ligare; neque etiam improborum miserescentes, [aliquem] solvent, nisi per resipiscentiam veram in semitam vitæ revertatur. Eandem illam potestatem Omnipotens Episcopis tribuit, sanctisq; Presbyteris, si juxta Evangelicam constitutionem illam solicitè custodierint. Sed ob id clavis Petro seorsim demandatur, ut omnis natio sapienter noscat, quòd quicunq; ab* unitate fidei, quam Petrus confessus est, deflexerit, huic nec peccatorum remissio, nec in cœleste regnum ingressus tribuatur.*

* *Non ut unus pastor terrestris præesse, sed una fides in cœlestem pastorem, gregi inesse debeat.*

CAP. 26.

Ut Colman victus domum redierit, & Tuda pro illo Episcopatu sit functus, qualisq; illis doctoribus fuerit habitus Ecclesiæ.

Sax. deest.

Finitóque conflictu ac solutâ concione, Agilberchtus domum rediit. Colman videns spretam suam doctrinam, sectámque esse despectam, assumptis his qui se sequi voluerunt, id est, qui Pascha Catholicum, & tonsuram coronæ (nam & de hoc quæstio non minima erat) recipere nolebant, Scotiam regressus est, tractaturus cum suis quid de his facere deberet. Cedd relictis Scotorum vestigiis ad suam sedem rediit, utpote agnitâ observatione* Catholicę Paschæ. Facta est autem hæc quęstio anno dominicæ incarnationis sexcentesimo sexagesimo quarto, qui fuit annus Oswi Regis vicesimus secundus, Episcopatûs autem Scotorum, quem gesserunt in provincia Anglorum, annus tricesimus. Siquidem Aidanus decem & septem annis, Finan decem, Colman tribus Episcopatum tenuere. Reverso autem patriam Colmano, suscepit pro illo Pontificatum Northanhymbrorum famulus Christi Tuda, qui erat apud Scotos austrinos eruditus, atque ordinatus Episcopus; habens juxta morem provinciæ illius, coronam tonsurę Ecclesiasticæ, & Catholicam temporis Paschalis regulam observans. Vir quidem bonus ac religiosus, sed permodico tempore Ecclesiam regens: Venerat enim de Scotia, tenente adhuc Pontificatum Colmano, & diligenter ea quæ ad fidem ac veritatem pertinent, & verbo cunctos docebat & opere. Porrò fratribus, qui in Lindisfarnensi Ecclesia, Scotis abeuntibus, remanere maluerunt, prępositus est Abbatis jure vir reverendissimus ac mansuetissimus Eata, qui erat Abbas in monasterio quod vocatur Mailros; quod aiunt Colmanum abiturum petiisse & impetrasse à Rege Oswio, eò quòd esset idem Eata, unus de duodecim pueris Aidani, quos primo Episcopatûs sui tempore, de natione Anglorum, erudiendos in CHRISTO accepit. Multum namque eundem Episcopum Colmanum Rex, pro insita illi prudentia, diligebat. Ipse est Eata, qui non multò pòst eidem Ecclesiæ Lindisfarnensi Episcopus factus est. Abiens autem domum *Colman assumpsit secum partem ossiū Reverendiss. patris Aidani; partem verò in Ecclesia, cui præerat, reliquit, & in secretario ejus condi præcepit. Quantę autem parcimoniæ, cujus continentiæ fuerit ipse cum prædecessoribus suis, testabatur etiam locus ille quem

* *RR. Armach. p. 934. l. 26.*

**RR. Armach. pag. 964. l. 35.*

rege-

regebat: ubi abeuntibus eis, exceptâ Ecclesiâ, paucissimæ domus repertæ sunt. Hoc est, illæ solummodo, sine quibus conversatio civilis esse nullatenus poterat: nil pecuniarum absque pecoribus habebant. Siquid enim pecuniæ à divitibus accipiebant, mox pauperibus dabant. Nam neque ad susceptionem potentium seculi, vel pecunias colligi, vel domos prꝍvideri necesse fuit. Qui nunquam ad Ecclesiam, nisi orationis tantùm & audiendi VERBI DEI causâ veniebant. Rex ipse cùm opportunitas exegisset, cum quinque tantùm aut sex ministris veniebat, & expletâ in Ecclesia oratione, discedebat. Quod si fortè eos, ibi refici contingeret, simplici tantùm & quotidiano fratrum cibo contenti, nil ultrà quærebant. Tota enim tunc fuit solicitudo doctoribus illis Deo serviendi, non seculo; tota cura excolendi cordis, non ventris. Unde & in magna erat veneratione tempore illo religionis habitus; ita ut ubicunque clericus aliquis aut monachus adveniret, gaudenter ab omnibus tanquam Dei famulus exciperetur: Etiamsi in itinere pergens invineretur, accurrebant, & flexâ cervice, vel manu signari, vel ore illius se benedici gaudebant. Verbis quoq; horum exhortatoriis diligenter auditum præbebant. Sed & diebus dominicis ad Ecclesiam sive ad monasteria certatim, non reficiendi corporis, sed audiendi SERMONIS DEI gratiâ confluebant; & siquis sacerdotum in vicum fortè deveniret, mox congregati in unum vicani, VERBUM VITÆ ab illo expetere curabant. Nam neque alia ipsis sacerdotibus aut clericis vicos adeundi, quàm prædicandi, baptizandi, infirmos visitandi, & ut breviter dicam, animas curandi, causa fuit: qui in tantum erant ab omni avaritiæ peste castigati, ut nemo territoria ac possessiones ad construenda monasteria nisi à potestatibus seculi *coactus acciperet. Quæ consuetudo per omnia, aliquanto posthæc tempore, in Ecclesiis Northanhymbrorum servata est. Sed de his satis dictum. * Sic MSs. sing.

CAP. 27.

Ut Egbercht vir sanctus, de natione Anglorum, monasticam in Hibernia vitam duxerit.

ÐA ƿæs geƿorden emb syx hund ƿintra ⁊ feoƿer ⁊ syxtig æfter Drihtnes menniscnysse eclypsis solis. ꝥ is sunnan * asprungennysse ꝥ heo sciman ne hæfde. ⁊ ƿæs atollic on to beseonne. ƿæs ðy ðriddan dæge Magi þæs monþes * hu hugu ymb þa teoþan tid dæges. æfter þon sƿylce ƿæs ðy ylcan geare semninga ƿol ⁊ adl forhergiende. ⁊ fornimende ærest ða suð dælas Breotone ⁊ sƿylce eac Norþan-hymbra mægþe ƿæs þreagende. ⁊ mid grimme ƿæle lange feor ⁊ ƿide grimsigende micle

* uppsprungennes. B.

* hƿæt hƿego. B.

EOdem autem anno dominicæ incarnationis sexcentesimo sexagesimo quarto, facta erat eclipsis Solis, die tertio mensis Maii, horâ circitèr decimâ diei. Quo etiam anno subita pestilentiæ lues, depopulatis priùs australibus Britanniæ plagis, Northanhymbrorum quoque provinciam corripiens, atque acerbâ clade diutiùs longè latèque desꝍviens, magnam hominum multitudinem stravit. Quâ plagâ præfatus DOMINI sacerdos Tuda raptus est de mundo, & in monasterio, quod vocatur Pegnaleth, honorificè sepultus. Hꝍc autem plaga Hiberniam quoque insulam pari clade premebat. Erant ibidem eo tempore multi nobilium simul & me- Anno Dom. 664.

menio manna afylde ⁊ fornam; Ðy ƿite eac sƿylce Tuda Cristes ðeoƿ se ƿæs æfter Colemanne Norþan-hymbra B'. ƿæs of middan gearde genumen. ⁊ ƿæs arƿurþlice bebyriged on þam mynstre þe is nemned Peginaleah; Ðis ylce ƿite eac sƿylce Hibernia Scotta ealond gelice ƿæle sloh ⁊ cƿylmde. ƿæron þær on þa tid. monige of Angel þeode. ge æþelinga ge oþra

ða

Ða ðe on þara biscopa tide Finanes ⁊ Colemanes forletton heora eðel turf. ⁊ ðider gewitan. sume for godcunde leornunge. sume for intingan forhæbbendra lifes. ⁊ sume sona on mynsterlicre drohtnunge on weogollicum life getreowlice drihtne weowdon. sume geond mynster eodon. ⁊ him godcunde lareowas sohtan ; ⁊ ealle hi Scottas lustlice onfengon. ⁊ him dæghwamlice *⁊lyfne butan ceape sealdon. ⁊ eac swylce bec on to leornianne ⁊ lareowas or sceattinga gearon ⁊ sealdon ;

*l. anlyfne. leofene. C.

Betwih ðas wæron twegen geonge æþelingas mycelre glaupnesse men of Angel þeode Ædelhun ⁊ Ecbyrht se ærra wæs Æþelwines broþer Gode þæs leofan weres. se sylfa eac swylce ðære æfterfylgendan yldo Hiberniam gesohte for intingan godcundre leornunge. ⁊ ða he well gelæred wæs. ða hwearf he eft to his eþele. ⁊ wæs biscop geworden on *Lindesse lande. ⁊ he micle tide Godes cyricean æþelice ⁊ well heold ⁊ rihte ; Wæron hi on ðam mynstre ðe on Scyttisc is nemned *Rathmelsigi. ⁊ ealle his geferan. oþþe on ðære deadlicnysse ðær wæles of worulde genumene wæron. oþþe þurh oþre stowe to dælede. ða wæron hi begen mid þa adle ðære ylcan deaþlicnysse swyþe hreade. ⁊ hefiglice swencte. ⁊ him mon feores ne wende ;

*Lindesige lande. B

*Rahtmelsigi B.

Ða aras se Ecbyrht swa swa me sum eald Mæsse Preost arwyrþe sæde. þ he æt his sylfes muþe gehyrde. mid ðy he tealde ⁊ he wende þ he swelran sceolde. ⁊ dead þrowian. ða eode he ut on dagunge of ðam huse ðe ða untruman men inne wæstan. ⁊ ana gesæt on digolre stowe. ⁊ geornlice ongan ðencan be his dædum. ⁊ wæs onbryrded mid gemynde his synna. ⁊ weop. ⁊ his ansyne mid tearum ðwoh. ⁊ of innewardre heortan God wæs biddende. þ he

diocrium de gente Anglorum, qui tempore Finani & Colmani Episcoporũ, relictâ *insulâ patriâ vel DIVINÆ lectionis, vel continentioris vitæ gratiâ illò secesserant; & quidam quidem mox se monasticæ conversationi fideliter mancipaverunt; alii magìs, circumeundo per cellas magistrorũ, lectioni operam dare gaudebant. Quos omnes Scoti, libentissimè suscipientes, victum eis quotidianum sine precio, libros quoque ad legendum, & magisterium gratuitum prębere curabant. Erant inter hos duo juvenes magnæ indolis, de nobilibus Anglorum *Ædelhun & Ecgberht; quorum prior frater fuit Æthilwini, viri ęquè Deo dilecti, qui & ipse ævo sequenti Hiberniam, gratiâ legendi, adiit; & bene instructus patriam rediit, atque Episcopus in provincia Lindissi factus, multo Ecclesiam tempore nobilissimè rexit. Hi ergò quum essent in monasterio, quod linguâ Scotorum Rathmelsigi appellatur, & omnes socii ipsorum vel mortalitate de seculo rapti, vel per alia essent loca dispersi, correpti sunt ambo morbo ejusdem mortalitatis, & gravissimè afflicti. E quibus Ecgberht (sicut mihi referebat quidam veracissimus & venerandæ canitiei presbyter, qui se hæc ab ipso audisse perhibebat) cùm se æstimaret esse moriturum, egressus est tempore matutino de cubiculo, in quo infirmi quiescebant, & residens solus in loco opportuno, cœpit sedulus cogitare de actibus suis, & compunctus memoriâ peccatorum suorum faciem lacrymis abluebat, atque intimo ex corde DEUM precaba-

*RR. Armach. pag. 730. l. 8.

*Sic MS. C. Edilhun. W.

he ða gyta sƿeltan ne sceolde. ærþon þe he be þam forþgeƿitenum gymeleasnyssum his. ða þe he on cild hade. oþþe on cniht hade geƿremede. fullfremedlicor of þære tide geclænsade. ge hine sylfne on Godum ƿeorcum genihtsumlicor beeode. Sƿylce he eac gehat gehet. ꝥ he aƿolde for Gode his lif on ælþeodignysse lyfian. ⁊ næfre to Breotone ealande hƿeorfan þær he acenned ƿæs. ⁊ ꝥ he butan sealm sange ƿeogollicre tide gif him lichoman untrumnysse ne ƿiþstode. ꝥ he æghƿylce dæge ealne Saltere on gemynde ðære godcundan *herenysse asunge. ⁊ ꝥ he ælcere ƿucan dæg mid nihte ætgædere afæste. Mid ðy he þa þis gehat ⁊ his bene ⁊ his tearas geendode. ða eode he eft to his huse. ða gemette he ðone his geƿorftan slæpendne. ⁊ he þa eac sƿylce on his reste *gestahg. ⁊ hine sume hƿile gerestan ƿolde. ⁊ mid ðy he þa medmicel fæc hine gereste. þa onbræd se his geƿorfta. ⁊ locade to him. ⁊ ðus cƿ. Eala broþer Ecgbyrht. eala cƿ. he. Hƿæt dydest ðu. Ic gehyhte. ⁊ ƿende ꝥ ƿit nu hƿæþe sceoldan ætgædere on ꝥ ece lif gongan. ac ƿite þu hƿæðere ꝥ þu onfehst ꝥ ðu bæde. Forþon he ðurh gesihþe geleornode. gehƿæs he God bæd

* herunge. B.

* gestah. C

tur, nè adhuc mori deberet, priusquam vel præteritas negligentias, quas in pueritia sive infantia commiserat, perfectiùs ex tempore castigaret, vel in bonis se operibus abundantiùs exerceret. Vovit etiam votum, quia à Deo peregrinus vivere vellet, ut nunquam in insulam, in qua natus est, id est, Britanniam rediret; quia præter solennem canonici temporis psalmodiam (si non valetudo corporis obsisteret) quotidie psalterium totum, in memoriam divinæ laudis decantaret: quia in omni septimana diem cum nocte jejunus transiret. Cúmque finitis lacrymis, precibus, & votis, domum rediret, invenit sodalem dormientem, & ipse quoque lectulum conscendens cœpit in quietem membra laxare; & quum paululum quiesceret, expergefact9 sodalis respexit eum, & ait: O frater Ecgberhte! ô quid fécisti? Sperabam quia pariter ad vitam æternam intraremus: Verùm tamen scito, quia quæ postulasti, accipies. Didicerat enim per visionem & quid ille petiisset, & quia petita impetrasset. Quid multa? Ipse Ædelhun proximâ nocte defunctus est. At verò Ecgberht decussâ molestiâ ægritudinis, convaluit, ac multo pòst tempore vivens, acceptúmque sacerdotii gradum, condignis ornans actibus, post multa virtutum dona ut ipse desiderabat, nuper, [id est, anno dominicæ incarnationis septingentesimo vicesimo nono,] cùm esset ipse annorum nonaginta, migravit ad regna cœlestia. Duxit autem vitam in magna humilitatis, mansuetudinis, continentiæ, simplicitatis & justi-

⁊ to him ƿilnode. ⁊ ꝥ his bene gehyrede ƿæron. Hƿæt sculan ƿe nu þær ma sprecan? Hƿæt. se Æþelhun ðære nyhstan niht forþferde. ⁊ Ecbyrht hine ðære adle getrymede. ⁊ micle tide æfter þon lifde. ⁊ biscop hade onfeng. ⁊ ðone had mid efen ƿyrþum dædum frætƿode. ⁊ æfter monigum godum gastlicra mægena sƿa sƿa he ƿilnode. Mid þy he ƿæs hund nigontiges ƿintra eald. he ferde to ðam heofonlican rice. Lifde he his lif on micelre eadmodnysse. ⁊ on monþƿærnysse. ⁊ in forhæfednysse. [*⁊ in bilƿetnesse.]

* Sic MS. B. & C. ut Lat.

⁊

⁊ forþfæstnysse. ⁊ on fulfremednysse; ⁊ he ðurh ꝥ ge his ðeode ge eac þam cynnum Scotta ⁊ Peohta. on ðam he on ællþeodignesse lifde. ge mid his lifes bysne. ge mid lare ge mid ealdorlicnysse þrea. ge mid arfæstnysse his sylena. of þam godum ðe he from ricum monnum onfeng. swyþe bricsade; ⁊ Settecte he eac swylce his gehatum þe we ær sægdon. ꝥ he symble on þam feowertiglican fæstene ær eastran æne siþe on dæge gereorde. ⁊ elles ne ðeah * nemne medmicel hlafes mid ðinre meolce; Ðære ylcan forhæfdnysse gemett. he eac swylce heold ꝥ feowertig daga ær Cristes gebyrd tide. ⁊ ꝥ feowertig daga æfter Pentecosten;

*butan. C. nymþe. B.

tiæ perfectione. Unde & genti suæ, & illis in quibus exulabat nationibus Scotorum sive Pictorum, & exemplo vivendi, & instantiâ docendi, & auctoritate corripiendi, & pietate largiendi de his quę à divitibus acceperat, multùm profuit. Addidit autem votis quæ diximus, ut semper in quadragesima non plùs quàm semel in die reficeretur, non aliud quàm panem ac lac tenuissimum, [& hoc cum mensura gustaret. Quod videlicet lac, pridie novum, in fiala ponere solebat, & post noctem, ablatâ superficie crassiore, ipse residuum cum modico (ut diximus,) pane bibebat.] [b] Cujus modum continentiæ etiam quadraginta diebus ante *natale Domini, totidem quoque post peracta solennia pentecostes, [hoc est, quinquagesimæ, semper] observare curabat.

* *Sic MSs. sing.*

NOTÆ in cap. 26. 27.

[a] Sed & diebus Dominicis ad Ecclesiam--- audiendi sermonis DEI gratiâ certatim confluebant—— *En! Dies, & opus Diei; Diei scil. Dominica hìc à Majoribus nobis commendantur, Divino cultui dicanda:* Ad Ecclesiam, *inquiunt,* audiendi sermonis Dei gratiâ certatim confluebat *populus: Diem enim Dominicum Dei ipsius institutione sacrum, tenuit vetus Ecclesia nostra; atque in hoc, Legem Mosaicam secuta, pro Sabbatismo, Diéq; è septem, uno; atque Evangelicam, pro Die Dominico; quo resurrexit Christus, piè celebrando. In æternum ergò hæc Dierum* † *REGINA, divino cultui, ídque virtute Præcepti quarti, in deliciis habeatur. Ecclesiæ nostræ veteri qui favent, illius Doctrinam studiosè percipiant: viz. in verba* Beo þu gemyndig ꝥ þu þone *resten dæg gehalgie; *hoc est, Esto memor, quòd* Sabbati diem *sanctifices. Vide Sermones Catholicos pro Ecclesia Anglicana MS. Bibl. Publ. Cantabr. pag. 332. lin. 28. & Hom. 34. pag. 182. l. 2. Sic autem Latinè verto.*

† *S. Ignat. in Epist. ad Magnesios.*
* *Exod.* 20. 8.

Se sæternes dæg wæs þa gehaten resten dæg oþ Cristes ðrowunge; On þam dæge læg Cristes lic on byrigenne ⁊ he aras of deaþe on þam sunnan dæge. ⁊ se dæg is Cristenra manna resten dæg. ⁊ halig ðurh Cristes ærist; Ðone dæg we sceolon symle freolsian mid gastlicre arwurþnysse; Se sæternes dæg wæs gehalgod mid micelre gehealdsumnysse on ðære ealdan. æ. for ðære getacnunge Cristes ðrowunge ⁊ his reste on ðære byrgene.

Saturni dies tunc erat dictus Sabbati dies, usq; ad Christi passionem: Die illo jacebat Christi corpus in sepulcro: & resurrexit à morte die Solis; ísq; dies hominum Christianorum Sabbati *dies est: pérque* CHRISTI RESURRECTIONEM, *sanctus. Diem illum debemus nos semper* cum spirituali honore, *festivum agere. Saturni dies cum magna observantia in veteri Lege, sacrabatur; propter significationem* passionis Christi, *& quietis in se-*

Sic vetus Ecclesia in Præceptum quartum *commentatur.*

ac se sunnan dæg is nu gehalgod þurh soþfæstnysse his æristes of deaþe ;

pulcro. Verùm Dies Solis nunc per veritatem * resurrectionis *ejus à morte, sacratur.*

* *Quod vide hìc lib. 5. c. 22.*

* *pag. 190.*

Cui concinit alter Homilista MS. * *Ben. Col. de Christi resurrectione. Sic transfero.*

Hƿæt is se ærersta reste dæg þe on þam ƿordum mænde. buton ꝥ hit ƿæs se halga drihtenlica dæg. ðe ƿe nu sunnan dæg nemnaþ. forþan se ƿæs ærest daga on ðisse niƿan. æ. man cynne to reste dæge geboden. for arƿurþnysse ðære drihtenlican æristes ;

Quinam est * *primus* Sabbati *dies, quem verbis istis intellexit? Quem scil. nos jam diem Solis nominamus. Erat enim dies ille, dierum* in nova hac lege primus, humano generi, *pro die* Sabbati *in honorem* Dominicæ resurrectionis *institutus.*

* *Pro prima Sabb. sive septimanæ.*

Et paulò post.

For ðam æghƿilc ðæra manna se þe þæna nu healdan nele. mid are. ⁊ mid reste. ⁊ on ƿeorþunge ðonne abrecð. Godes se. æ. ⁊ his haligra gesetnysse ;

Propterea, quisquis hominum qui illam nunc, cum honore & requie, *&* observantia, tenere repudiat, violat quidem Legem Dei, sanctorúmque suorum constitutionem.

Honor Diei Dom: Lege Dei *nititur.*

Dom. Henr. Spelm. Concil. p. 601. l. 10.

Et quid post sacra die Dominico peracta faciendum sit, ostendit MS. Sax. Miscell. sic ad verbum, (præter Latinum quem ibi conspicis textum) transferre lubet.

And æfter þære halgum ðenunge. him gehƿa ham hƿyrfe. ⁊ mid his freondum. ⁊ his nyhstum ⁊ mid ælþeodigum hine gastlice gereordige. ⁊ hine ƿiþ oferæt ⁊ druncennysse beorge ;

Et finito cultu sacro, se quisq; * domum conferat, *cúmque* amicis suis, *suísque* proximis, *&* peregrinis *seipsum* † *spiritualiter reficiat. Et seipsum contra inglaviem & ebrietatem muniat.*

Hujusmodi conventus an sunt conventicula disquirant magistratus.

† Dies Dom. divino tantum cultui sit dedicatus. *vid. Concil. sub Cuthberto Cantuar. D. Hen. Spelman pag. 249.*

Sed de vulgari Saxonum errore, transferentium [ἐν μιᾷ σαββάτων,] in uno *vel* primo Sabbatorum, *pro in primo die septimanæ, qui quidem error aures mentésque quorundam, usque hodie populares invasit, suo loco accommodatiùs dicendum erit.*

[b] Cujus modum continentiæ, etiam quadraginta diebus ante nativitatem Domini.--. *Præparatio Quadragesimalis, vel ad Pascha, vel ad Nativitatem Domini celebrandam, inanem istam imitationis Christi umbram, nostrísque humeris imparem tollit; & eleemosynas dandi, jejunandíque ritum (scil. in Quadragesima, cùm ità Ecclesia statuerit, si non cum Edilbun,* Semel *tantùm* in die refici, neque aliud quàm panem, ac lac tenuissimum cum mensura gustare, *at saltem corpus, severioris abstinentia legibus castigare,) mirificè commendat. Vide pag. 71. lin. 25. quibus adjunge quæ ibidem.*

Hom. 34. pag. 111. lin. 9.

Se mann ðe fæst butan ælmyssan he deð sƿilce he sparige his mete. ⁊ eft ytt ꝥ he ær forhæfednysse foreode. ac ꝥ fæsten tælð God.

Quicunque absque eleemosyna jejunat, facit quasi cibo suo parcitur, & vescitur postea, quod per abstinentiam priùs deposuit. Quin istud jejunium Deus reprehendit.

Et Domin. 1. in Quadragesima, *p. 113. l. 15.*

Se heretoga Moyses fæste feoƿerti daga ⁊ feoƿerti nihta to somne. to ði ꝥ he moste Godes. æ'. underfon. Eft syþþan se mæra ƿitega Helias eall sƿa lang fæsten. --Drihten eac

Moses Dux ille, quadraginta dies & noctes jejunavit simul: in hoc, Ut * Legem Dei suscipiat: *dein postea, magnus ille Propheta Elias tam diu jejunavit.--Dominus quoq;*

* *Ergò & nos, pro viribus, ut Sacramenta.*

on

on ðære niwan gecyðnysse fæste ðurh his godcundan mihte feowerti daga ⁊ nihta fram eallum eorðlicum bileofum. Ðus wæs ure lengtenlice fæsten asteald. Ac we ne magon for ure tyddernysse swyllic fæsten ðurhteon. Nu is us alyfed ðurh lareowa ealdordom þ we dæghwamlice on ðissere lengtenlican tide ure lichaman gereordian mid forhæfednysse. ⁊ syfernysse. ⁊ clænnysse.

in Novo Testamento, per divinam potestatem suam, quadraginta dies & noctes ab omni convictu terrestri abstinuit. Sic erat jejunium nostrum Quadragesimale institutum. Verùm nos tale jejunium pro imbecillitate nostra protrahere haud valemus. Nobis nunc licet, per doctorum autoritatem, quotidie in hoc quadragesimali tempore, corpus nostrum, cum abstinentia, & temperantia, & castitate reficere.

Et pag. 115. *lin.* 10.

Ne bið nan fæsten Gode gecweme. buton se mann hine sylfne fram leahtrum forhæbbe. Beoð gemyndige ðæra twegra worda. ðe Drihten cwæð on his godspelle. He cwæð. Forgifaþ ⁊ eow bið forgifen. Syllað. ⁊ ⁊ eow bið geseald. Ðas twa ælmyssyna cynn us synd to begänne mid micelre gecneordnysse. þ we oðrum mannum mid inneweardre heortan forgifon. gif hi awar us geæbyligdon. To ði þ God us forgifennysse do ure synna. And uton don ðearfum ⁊ wannspedigum sume hwæþe ure goda. ðam ælmihtigum Gode to wurðmynte ðe hit us alænde. þ he us mare on ðam toweardan forgife.

Jejunium nullum Deo gratum, nisi quis se à flagitiis continuerit. Duo isthæc verba memineris quæ Christus dixit in Evangelio; Condonate (*inquit*) & condonabitur; donate, & vobis donabitur: hæc duo eleemosynarum genera nobis *cum magna diligentia* obeunda sunt; ut aliis intimo corde condonemus, siquando nos irritaverint, *In hoc; ut nobis Deus peccatorum nostrorum remissionem donare velit: pauperibus etiam, inopibúsque, in honorem Dei, partem aliquam tribuamus bonorum nostrorum, quæ nobis accommodavit, ut in vita adventura, plura nobis retribuat.*

Et pag. 116. *lin.* 15.

Ða ælmyssan ðe of reaflace beoð gesealde. synd Gode swa gecweme. swilce hwa acwelle oðres mannes cild. ⁊ bringe ðam fæder þ heafod to lace. God bebyt þ man ælmyssan wyrce. ⁊ he forbead facn ⁊ reaflac.

Eleemonsyna, quæ ex rapina dantur, sunt Deo tam gratæ, quàm si quis alterius infantulum occiderit, patrique suo, caput pro munere obtulerit. Deus mandat, ut quis Eleemosynam faciat: dolum quoque & rapinam vetat.

Et pag. 117. *lin.* 9.

Gif ðu forgymeleasast to dælenne ælmyssan. God ðe benæmð ðinra goda. ⁊ ðu belifst syððan wædla. God forgifð ricum welan genihtsumlice ⁊ ðam ðearfum oftihð. Hwi swa? Ðæt he afandie ða rican ðurh his ðearfena hafenleaste. God

Si negligas eleemosynam tuam distribuere, Deus tibi bona tua diripiet; túque postea egenus relinqueris. Deus opes divitibus copiosè largitur, & pauperibus demit. Cur ita? ut divites per inopiam pauperum explo-

geworhte welegan ⁊ ðearfan. ⁊ wolde ꝥ se wædla wære afedd þurh ðone rican. God gesette ðone welegan to dælere on his godum. hwi sceal he þonne him anum geahnian. ꝥ him bam is forgifen. Gif ðu talast to þinum geswince ꝥ ꝥ þu hæfst. oþþe gif ðu wenst ꝥ þære eorðan wæstmas ðine syndon. ðonne cwyð se ælmihtiga wealdend to ðe. Afyrre nu ic ðe ofteo minne fultum. ⁊ hafa ðe ðin geswinc. Ic ofteo mine ren scuras. ⁊ ic wyrce þin lond unwæstmbære. Gif ꝥ land ðin is. se ren is min. Teoh ðu forþ ren scuras gif ðu miht. ⁊ gewætera ðine æceras. Gif ðu mæge do ꝥ sunne scine ꝥ ðine æceras ripion. Witodlice ꝥ sylfe land ðe ðu ðe ahnast nis ðin. ac is ðæs ælmihtigan. swa swa se witega cwæð. Seo eorþe ⁊ hire gefyllednys is Godes. God cwyð eft to þe. Mine ðearfan libbað buton ðe. leofa ðu gif þu mage buton me. Mine ðearfan habbað ealle ðing gif hi me ænne habbað. hwæt hæfst ðu gif ðu me næfst.

ret: Deus fecit divites, atque pauperes: voluitque ut egeni per divites cibentur. Deus instituit opulentum, bonorum suorum distributorem. Quare ergò sibi soli appropriaret, quod utrisque conceditur? Si labori tuo imputes quod habeas vel si terræ fruges tuas esse censeas; tum omnipotens rector tibi ait; jam modò auxilium meum à te abstraham, túq; laborem tuum, tibi habeas. Ego imbres meos pluviales demam, terrámque tuam infrugiferam reddam; Si terra isthac sit tua, pluvia est mea: deme tu, si potes, pluviales imbres, agrósque tuos irriges: Solem, si potes, splendere facias, ut agri tui maturescant: quin verò, terra ipsa, quam appropriás tibi, non est tua, sed Omnipotentis est; sicut Propheta ait, Terra & plenitudo ejus Dei est, *Deus iterum tibi ait; Pauperes mei vivunt sine te; vive tu, si potes sine me. Pauperes mei habent omnia, si me solum habeant. Quid habes tu, si me non habeas?* *Psal. 50. 12.*

Cæterùm idem Homilista urget vehementer in veri jejunii studium Isaiæ cap. 38. Forþam (*inquit*) ne biþ nan fæsten Gode andfenge butan sibbe. *hoc est; nullum enim jejunium Deo acceptum sine pace erit. Legat & perlegat unusquisque hoc Isaiæ caput, qui doctrinam jejunii Catholici ad actionem vitæ applicaret: Nam jejunium permulti jactant, perpauci norunt; quia eleemosyna, injuriarum oblivio, justitia & misericordia exercitium in ignotas terras exularunt. Verùm ut hac tempestivè revocare velimus, cùm graves hujus, tum & varii proximæ & sororis Insulæ, tum denique Germaniæ casus commonefaciunt.*

Cap. 28.

*Ut defuncto Tuda * Wilfrid in Gallia, * Ceadda apud Occidentales Saxones in provincia Northanhymbrorum sunt ordinati Episcopi.*

** Sic MSS. sing.*
** T. & C.*

Betwih ðas ðing sende Ealhfriþ se cyning Oswioes sunu Wilfrið his Mæsse Preost. ꝥ hi mon sceolde him ⁊ his wirum to biscope gehalgian. Sende he hine to hadiganne ofer sæ to Ægelbyrhte biscope. be ðam we ær beforan sægdon. se ær Breotene forlet. ⁊ Parisiace

INterea Rex Alchfrid misit Wilfridum presbyterum [ad regem Galliarum,] qui eum sibi suisque consecrari faceret Episcopum: At ille misit illum ordinandum ad Agilbertum, de quo suprà diximus, qui relictâ Btitanniâ Parisia- *Vide suprà, p. 178. l. 5.*

ðære

þ hi sylfe wæron. ge on þam innerran godum. ge on þam uttran mid heofonlice gife gewelgode. Forþon se B'. mid ðy ðe he on ða mægþe com. ⁊ swa mycel wite hungres ðær geseah. lærde he þa þ hi onfiscnaþe him ⁊ lyfne sohton. Forþon ðe ægþwæþer ge seo sæ. ge heora ea fiscum genihtsumede. ac seo ðeod ðone cræft ne cuþe ðæs fiscnoþes. nymþe to * ælum * anum. ða gesomnedon ðæs B'. menn ða æl net æghwonon ðe hi mihton. ⁊ sendon on ðone sæ. ⁊ seo godcunde gyfu him gefultumade þ hi sona gefengon ðreo hund * fixa missenlicra cynna. ⁊ ða on ðreo todældon. hund teontig hi sealdon ðearfum. hund teontig þam þe þa net * ahton. hund teontig hi him sylfum to nytte dydon ðære fremsumnesse se B'. eallra heora heortan on his lufan gecyrde. ⁊ þy nydlicor þurh his lare þa heofonlican god gehyhten. þæs ðenunge hi ða hwilendlican god namon ⁊ ⁊ onfengon; Ðære tide Æþelwalh se cyning geaf ⁊ sealde ðam arwurþan B'. Wilfriþe seofon ⁊ hund * eahtig hida landes. ðæs nama is * Sylesea. þ hi mihton his menn on habban ða ðe mid him * wræcedon; Is seo stow æghwanon mid sæ ymbsealdfan butan westan. þanon hi habbaþ ingang. swa mycelne brædo swa mon mæg mid liðeran geworpan; Mid ðy he þa se B'. ða stowe onfeng. ða gestaþelode he ðær mynster ⁊ þ to regol life gesette. swyþost of ðam broþrum ðe he mid him brohte. þ gyt to dæg his æfterfyligend biscopas habbað; Ðegnode se arwurða biscop Wilfriþ on ðam dælum ða biscop ðenunge arwurþlice fif gear. þ is oð Ecgferþes deaþ þæs cyninges. ⁊ forþon him Æþelwalh se cyning mid æhte ðære forewrece-

* sic B. ut Lat. sed ælcum. Cantabr.
* B. & C.
* fisca. B.
* ahton C.
* eahtatig. B. & C.
* Seolesig. B. Selesea. C.
* wræcedon. B.

interioribus se bonis & exterioribus CŒLESTI GRATIA ditasse. Nam & antistes cùm venisset in provinciam, tantámque ibi famis pœnam videret, *docuit eos piscando victum quærere. Namque mare & flumina eorum piscibus abundabant: Sed piscandi peritia genti nulla, nisi ad anguillas tantùm inerat. Collectis ergò undecunque retibus anguillaribus, [homines antistitis] miserunt in mare, & divinâ se juvante GRATIA mox cepere pisces, diversi generis, trecentos. Quibus trifariam divisis, centum pauperibus dederunt, centum his à quibus retia acceperunt, centum in suos usus habebant. Quo beneficio, multùm antistes, cor omnium in suum *convertit amorem; & libentiùs, eo prædicante, cœlestia sperare cœperunt, cujus ministerio temporalia bona sumpserunt. Quo tempore Rex Ædilwalch donavit reverendissimo antistiti Wilfrido terram octoginta septem familiarum; ubi suos homines, [qui exules vagabantur,] recipere posset; vocabulo *Seleseu, [quod dicitur Latinè insula vituli marini.] Est autem locus ille undique mari circundatus, præter ab Occidente, unde habet ingressum amplitudinis quasi jactûs fundæ: [qualis locus à Latinis peninsula, a Græcis solet Cherronesus vocari.] Hunc ergò locum cùm accepisset Episcopus Wilfrid, fundavit ibi monasterium, ac regulari vitâ instituit; maximè ex his quos secum adduxerat fratribus, quod usque hodie successores ejus tenere noscuntur. Nam ipse illis in partibus, annos quinque, (hoc est, usque ad mortem Ecgfridi Regis) meritò omnibus honorabilis offi-

* Episcopus piscaturam docendo, piscatores capiebat.
* Sic MSS. sing.
* Sic MS. C. Selesei. T. & W.

sprecenan stowe. ealle ða spede ðe ðær on ƿæron mid londe ⁊ mid monnum sealde ⁊ forgeaf. ⁊ he ealle on Cristes geleafan gesette ⁊ mid fulluht bæðe aþƿoh; Betƿih þa tƿa hund teontig. ⁊ fiftig ðære monna gefullode. ⁊ ealle ða sƿa sƿa he ðurh fulluhte fram deofles þeoƿdome gehælde. ⁊ eac sƿylce mennisce þeoƿdome alysde ⁊ hi gefreode;

cium Episcopatus [& verbo exercebat & opere.] Et quoniam illi Rex, cum præfata loci possessione, omnes quæ ibidem erant facultates, cum agris & hominibus donavit; omnes FIDE CHRISTI institutos, undâ baptismatis abluit. Inter quos, [servos & ancillas] ducentos quinquaginta, quos omnes non solùm *baptizando à servitute dæmonica salvavit*, sed etiam libertatē donando, humanæ jugo servitutis absolvit.

CAP. 14.

Ut intercessione Oswaldi Regis, pestifera mortalitas sit sublata.

Sax. Deest

IN quo tunc monasterio, nonnulla cœlestis gratię dona spiritualiter ostensa fuisse perhibentur, utpote ubi nuper expulsâ diaboli tyrannide, Christus jam regnare cœperat. E quibus unum quod mihi reverendissimus antistes [a] Acca sæpiùs referre, & à fidelissimis ejusdem monasterii fratribus sibi *relatum asserere solebat, memoriæ mandare commodum duximus. Eodem fermè tempore, quo ipsa provincia nomen CHRISTI susceperat, multas Britanniæ provincias mortalitas sæva corripiebat. Quæ cùm præfatum quoque monasterium, cui tunc regendo †reverendissimus ac ‡ religiosissimus Christi sacerdos vocabulo *Eappa præfuit, nutu divinæ dispensationis attingeret. Multique sive de his qui cum antistite illò venerant, sive de *illis qui de eadem provincia Saxonum nuper ad fidem fuerant vocati, passim de hac vita raperentur, visum est fratribus triduanum jejunium agere, & DIVINAM suppliciter obsecrare elementiam; ut MISERICORDIAM sibi dignaretur impendere; sive periclitantes hoc morbo, à præsenti morte liberaret; seu raptos è mundo à perpetua animę damnatione servaret. Erat tunc temporis in eodem monasterio puerulus quidam de natione Saxonum, nuper vocatus ad fidem, qui eadem tactus infirmitate, non pauco tempore recubans, in lectulo jacebat. Cùm ergò secunda memorati jejunii ac supplicationum dies ageretur, contigit fortè ipsum puerum horâ fermè secundâ diei, in loco in quo æger jacebat solùm inveniri, cui divinâ dispositione subitò beatissimi Apostolorum principes dignati sunt apparere. Erat enim puer multùm simplicis ac mansueti animi, sinceráque devotione, SACRAMENTA FIDEI, quæ susceperat, servans. Salutantes ergò illum verbis piissimis Apostoli dicebant: Noli timere fili mortem pro qua solicitus es: nos enim te hodiernâ die ad cœlestia regna sumus perducturi. Sed primùm expectare habes, donec missæ celebrentur, ac viatico dominici CORPORIS ac SANGUINIS accepto, sic infirmitate simul & morte absolutus, ad æterna in cœlis gaudia subleveris. Clama ergò ad te presbyterum Eappan, & dicito illi, quia Dominus exaudivit preces vestras & devotionem, ac jejunia propitius aspexit; neque aliquis de hoc monasterio, sive adjacentibus ei possessiunculis, hac clade ultrà moriturus est. Sed omnes qui alicubi de vestris hac ęgritudine laborant, resurrecturi à languore ad pristinam sunt sospitatem recuperandi, præter te solum, qui hodiernâ es die liberandus à morte, & ad visionem Domini Christi, cui fideliter servisti, perducendus in cœlum. Quod divina vobis *misericordia, per intercessionem religiosi ac Deo dilecti Regis Oswaldi, qui quondam genti Northanhymbrorum, & regni temporalis auctoritate, & Christianæ pietatis, quæ ad regnum perenne ducit, devotione sublimiter præfuit, conferre dignata est. Hac etenim die idem Rex ab infide-

*T. & W.

† ‡ deest T. & W.

* Sic W. Eppa. T.

* his. W.

* pietas. T. gratia. W.

infidelibus in bello corporaliter extinctus, mox ad sempiterna animarum gaudia assumptus in cœlum, & electorum est sociatus agminibus. Quærant in suis codicibus, in quibus defunctorum est adnotata depositio, & invenient illum hac (ut diximus) die raptum esse de seculo. [a] Celebrent ergò missas per cuncta monasterii oratoria hujus, sive pro gratiarum actione exauditæ suæ deprecationis, sive etiam in memoriam præfati Regis Oswaldi; qui quondam ipsorum genti præerat. Ideòque pro eis, quasi pro suæ gentis advenis, supplex orabat ad DOMINUM; & cunctis convenientibus ad Ecclesiam fratribus, communicent omnes sacrificiis cœlestibus, & ità soluto jejunio, corpus quoque suis reficiant alimentis. Quæ verba cùm omnia, vocato ad se presbytero, puer narrasset, interrogavit eum sollicitus, quales essent habitu vel specie viri, qui sibi apparuissent. Respondit, Præclari omnino habitûs, & vultûs erant lætissimi ac pulcherrimi; quales nunquam antè videram, neque aliquos hominum tanti decoris ac venustatis esse posse credebam. Unus quidem attonsus erat ut clericus; alius barbam habebat prolixam. Dicebántque quòd unus eorum Petrus, alius vocaretur Paulus; & ipsi essent ministri Domini & salvatoris nostri Jesu Christi, ad tuitionem nostri monasterii missi ab ipso de cœlis. [b] Credidit ergò verbis pueri presbyter; ac statim egressus, requisivit in annali suo; & invenit eadem ipsâ die Oswaldum Regem fuisse peremptum. Vocatisque fratribus parare prandium; Missas fieri, atque omnes communicare, more solito, præcepit; simul & infirmanti puero, de eodem sacrificio, dominicæ oblationis particulam deferri mandavit. Quibus ità gestis, non multò pòst, eâdem ipsâ die puer defunctus est; suáque morte probavit vera fuisse verba quæ ab Apostolis Christi audierat. Sed & hoc verbis ejus testimonium perhibuit, quòd nemo, præter ipsum, tempore illo, ex eodem est monasterio raptus de mundo. Ex qua nimirum visione multi, qui hæc audire potuerunt, & ad exorandam in adversis DIVINAM clementiam, & ad salutaria jejuniorum remedia subeunda, sunt mirabiliter accensi. Et ex eo tempore, non solùm in eodem monasterio, sed in plerisque locis aliis cœpit annuatim, ejusdem Regis ac militis Christi natalitius dies, missarum celebratione venerari.

NOTÆ.

Quo consilio Rex hoc caput non dederit Saxonicè, liberum erit cuique conjecturam facere.

[a] Antistes-- Acca [*non Beda*] sæpiùs referre, & à Monasterii fratribus sibi revelatum asserere solebat--- quòd Beatissimi Apostolorum principes dignati sint [*puero in Monasterio agrotanti*] apparere: *& inter cætera dixerint*, celebrent-- Missas per cuncta Monasterii oratoria hujus: *En privata Missa!* [*nisi* 1. *Cor.* 11.20. *plures ibi* in unum conveniant, ut Dominicam cœnam manducent; *nam* 1. *Cor.* 10.16. Calix--nonne communicatio sanguinis Christi est, & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? quoniam unus panis, & unum corpus multi sumus.] Sive pro gratiarum actione exauditæ *sancti Regis Oswaldi* deprecationis, sive etiam in memoriam [*non ait* CHRISTI, *licèt in memoriam* SUI, *Eucharistiam celebrari Christus jusserit*, *Luc.* 22. 19. *sed*] præfati Regis Oswaldi— *reliqua recognoscite.*

[b] Credidit verbis pueri Presbyter, *& puer verbis Petri & Pauli, ministris, ut ait*, Domini, missis ab ipso de cœlis, *ut paulò antè. Sed Petrum & Paulum è cœlis descendisse, febricitantis puiruli deliramentum constabit esse. Et Eucharistiam à Christo solo, & in memoriam Christi solius institutam, jam in memoriam Regis Oswaldi oportere fieri, injuria quanta quanta sit, verbis exprimere haud possum. Sed pueri somnio, opponimus Christi mandatum, Luc.* 22.19. 1. *Cor.* 11,24. Hoc facite in MEI commemorationem *sive* memoriam: *imò principibus Apostolorum Petro & Paulo à cœlis per insomnium puiruli demigrantibus, opponimus solum Paulum in terris, sed è cœlis intonantem*; Licèt * nos, aut Angelus de cœlo [*majorémne sibi, & Petro, quàm Angelo, autoritatem tribuit?*] evangelizet vobis, præterquàm quod evangelizavimus vobis, anathema sit: *Sed Petrus, cui Christus dixit*, Pasce oves meas, *ait, non enim doctos*, (*vel ut interpres vetus, ad vocem Græcam significantiùs*, Gal. 1.8.

adulte-

adulterinas *sive* adulteratas) fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Jesu Christi virtutem, & præsentiam. *Vos ergò qui Catholici esse velitis sanctum Petrum sectemini:* Habemus (*inquit*) firmiorem propheticum sermonem, [*non pseudoprophetarum placita, non puerulorum apparentias,*] cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in loco caliginoso, donec dies RELUCESCAT, & Lucifer oriatur in cordibus vestris.

Celebrent missas: *Sed quare? pro salute animæ S. Oswaldi, pag. 164. lin. 7. at pag. 192. lin. 40. R. Oswaldus* cum Domino regnare *dicitur, cujus preces, jam* cum Domino regnantis, *pro altero febricitante puerulo multùm valere apud Dominum perhibentur: sed hic puerulus, pag. 296. lin. 4. per phantasmata doctus rem corrigit:* Celebrent Missas, *inquit*, sive pro gratiarum actione exauditæ *suæ precationis; sive etiam in memoriam præfati Regis Oswaldi. Sed primo in loco, si intelligat quispiam,* [*pro salute animæ S. Oswaldi, hoc est, in gratiarum actionem, pro salute animæ Oswaldi:*] *tum demum evincitur illos, pro quorum salute, missæ celebrantur apud veteres, non tam inferis purgatorii sedibus, quàm cælorum cum Rege Oswaldo, supernis frui: atque hinc Purgatorii fabrica, sublatis incolis, statim corruet.*

Cap. 15.

Ut Ceadwalla Rex, interfecto Rege Gevissorum Ædilwalch, provinciam illam, sævâ cæde ac depopulatione attriverit.

Betƿiþ þas þing þa ƿæs cumen Ceadƿala mid ƿeorede. ƿest Seaxna æþeling. geong ⁊ * fram. ða ðe ƿræcca ƿæs. ⁊ ofsloh Æþelƿealh þone cẏning ⁊ þa mægþe mid grimme ƿæle ⁊ herige on gebræc. Ac he ƿæs sona þanon adrifen from ðæs cẏninges ealdormannum * Berhthune. ⁊ Hune. ða sẏþþan þære mægþe rice hæfde. ðara se ærra ƿæs fram þam ẏlcan Ceadƿala ofslægen ða he ƿest Seaxna cẏning ƿæs ⁊ ða mægþe mid hefigran þeoƿdome * gehnægde. Sƿẏlce eac Ine se ðe æfter Ceadƿalan to rice feng. gelicre geswencednẏsse monigra geara tide ða mægþe ẏfelade. for ðære ƿisan ƿæs geƿorden. þ ealre þære tide hi agenne B'. habban * mihton. Ac ða ƿillferþ B'. ƿæs eft ham gelaþod. heora ðone ærestan biscop. sẏþþan hi ƿest Seaxna bisceopum underðeodde ƿæron. ða ðe on ƿinta ceastre ƿæron.

*fromrum. B.

*Brẏhthune. B.

*genætte. B. gehende. C.

*ne mihton. C. *ut Lat.*

Interea superveniens cum exercitu Ceadwalla, juvenis strenuissimus, de Regio genere Gevissorum, cùm exularet [à patria, sua,] interfecit Regem Ædilwalch, ac provinciam illam sævâ cæde ac depopulatione attrivit. Sed mox expulsus est à ducibus Regis *Berchthuno & *Andhuno; qui deinceps regnum provinciæ tenuerunt. Quorum prior postea ab eodem Ceadwalla, (cùm esset Rex Gevissorum,) occisus est; & provincia graviore est servitio subacta. Sed & *Ine qui post Ceadwallam regnavit, simili provinciam illam afflictione, plurimo annorum tempore, mancipavit. Quare factum est, ut toto illo tempore, Episcopum proprium habere nequiverit: sed revocato domum Wilfrido, primo suo antistite, ipsi, Episcopo Gevissorum, [id est, Occidentalium Saxonum,] qui essent in Venta civitate, subjacerent.

*C. *C.&W.

*T. Ini. C. & W.

Cap. 16.

Ut Vecta insula Christianos incolas susceperit, cujus regii duo pueri, statim post acceptum baptisma, sint interempti.

Æfter þon ða ðe Ceadwala wæs gemægenad ⁊ gestrangad. on west Seaxna rice. ða geeode he eac ⁊ onfeng Wihte þæt ealond. þæt eall wæs oð þa tid deofolgylde seald. ⁊ he gelice ðy *twiefeldan wæle ealle ða land bigengan wolde ut amæran. ⁊ his agenra leoda mannum gesettan; secgað menn þæt he eac wære mid gehate hine sylfne bindende. ðeah ðe hi ða gyta uncristene wæron. hi wæron ærest acenned þurh fulluhtes bæð. þæt gif he þæt ealond gegan mihte þæt his ðone feorþan dæl ⁊ ðære here hyðe for *Gode gesealde; ⁊ he þæt swa gelæste þæt he ðone dæl Wilferþe B. for Gode gesealde to brucanne ⁊ se on ða tid of his ðeode ðyder com ⁊ ðær andweard wæs; is ðæs ylcan ealondes *gemet. æfter Angel cynnes æhte twelf hund hida. ⁊ he ða ðam B. gesealde on æht ðreo hund hida. ⁊ ðær eac ycte to. ⁊ he ða ðone dæl ðe he onfeng bebead sumum his preoste ðær nama wæs Byrhtwine. se wæs his sweostor sunu. ⁊ he sealde him Mæsse Preost wæs Hiddila. se eallum ðam ðe woldan gehælede beon Godes word ⁊ fulluhtes bæð wende;

*twei-scan. B. tweoiescan. C.

*Godes lufan. B

*gemet B. & C.

Postquam ergò Ceadwalla regno potitus est Gevissorum, cepit & insulam Vectam, quæ, eatenus erat tota idololatriæ dedita, ac tragicâ cæde omnes indigenas exterminare, ac suę provinciæ homines pro his substituere contendit. Voto se obligans, quamvis nondum *regeneratus (ut fertur) in Christo, quia si cepisset insulam, quartam partem ejus simul & prędæ, Domino daret. Quod ità solvit, ut hanc Wilfrido Episcopo, qui tunc fortè de gente sua superveniens aderat, utendam pro Domino offerret. Est autem mensura ejusdem insulę (juxta æstimationem Anglorum,) mille ducentarum familiarum: Unde data est Episcopo possessio terræ trecentarum familiarum. At ipse partem quam accepit commendavit cuidam de clericis suis, cui nomen *Berchtwini, & erat filius sororis ejus, dans illi presbyterum nomine *Hiddila, qui omnibus qui salvari vellent, Verbum ac lavacrum vitæ ministraret. Ubi silentio prętereundum non esse reor, quòd in primitias eorum, qui de insula eadem credendo salvati sunt, duo Regii pueri, fratres videlicet *Arvaldi Regis insulę, speciali sunt Dei gratia coronati. Siquidem imminentibus insulæ hostibus, fugâ lapsi sunt de insula, & in proximam Vitorum provinciam translati: Ubi cùm delati in locum qui vocatur Adlapidem, occultandos se à facie Regis victoris credidissent, proditi sunt, atque

* *Sax.* illi minùs Christiani, &c.

* *c.* Berwine. *w.*

* *c.* Hiddilla. *w.*

* *T.*

Nis þæt to forswygianne þæt on fruman þa ðe of þam ylcan ealonde þurh geleafan gehælede wæron. twegen cynelice cnihtas þa mid synderlice Godes gyfe wæron gesigefæste. þa wæron Arwaldes broþra ðæs ealondes cyninges; Ða Ceadwala se cyning mid ðy here on þæt ealond for. þa flugon ða cnihtas ut of ðam ealonde. ⁊ wæron gelædde on ða neah mægþe. seo is *gecyd *Eota land. on sume stowe seo is nemned Ætstane. woldon hi ⁊ wendon þæt hi þær mihton digle ⁊ geholene beon fram ðysne ðæs unholdan cyninges.

* genemned B.

* Ytena land. B.

*gemeldode. B. & C. cyninges ða wæron hi ðær *ameldode ⁊ se cyning hi ofslean het. Ða þ ða gehyrde sum Abbud ⁊ Mæsse Preost ðæs nama wæs Cynebyrht. se hæfde ðanon noht feor sum mynster on ðære stowe ðe is * geciged Hreodford. ða com he to ðam cyninge. se ða on ðam ylcan dælum digolice * lacnod wæs. fram his wundum þa ðe him gedone wæron. ða he † feaht ⁊ won on * Wiht þ ealond. ⁊ hine bæd gif ða cnihtas æninga ofslagene beon sceoldan. þ he him alyfde ⁊ forgeafe þ he mosten hi gelæran ða geryno ðæs Cristenan geleafan. þa forgeaf se cyning him þ. ⁊ lyfde. ⁊ he ða hi intimbrade ⁊ gelærde mid soðfæstnesse worde. ⁊ mid fulluht bæðe hi fram synnum aþwoh ⁊ hi gewisse gedyde. ⁊ gelærde be ingonge ðæs ecan * rices. ⁊ se cwellere him ofer stod. ⁊ him sona unforhte ⁊ bliþe underhnigon þone hwilendlican deað. ðurh þone hi ne tweodon ferende beon to ðam ecan life heora sawla. Mid ðysse endebyrdnesse æfter þon ðe ealle Breotone mægþe. Cristes geleafan onfengon. onfeng eac * Wiht þ ealond hwæþere on ðam for yrmþo ðære uhtlican underþeodnysse nænig onfeng. biscepsliere ðenunge hade ær Danihele. se ða wæs west Seaxna B'. Is ðis ealond geseted ongean middle suð Seaxna. ⁊ west Seaxna. ⁊ is sæ betwih ðreora mila brad. seo is gecygd * Solente. on þam sæ beoþ twegen sæ flodas þa þe on Breotone of þam ungeendodan norþ garsecge becumaþ. ⁊ astigaþ. ⁊ dæghwamlice him betwuh feohtende ongean cumaþ. ⁊ geendode ðy compe. on ðone sæ eft togotene wheorfað þonon hi ær coman.

Margin notes: * gemeldode. B. & C. — * nemned. B. — * leoned. B. — † flat. B. — * Wihtland. B. — * lifes ⁊ rices B. — * Wihtsæte. B. — * Solwente. B.

occidi jussi. Quod cùm audisset, Abbas quidam & presbyter, vocabulo * Cyneberht, habens non longè abinde monasterium, in loco qui vocatur * Reodford, [id est, vadum arundinis,] venit ad Regem qui tunc eisdem in partibus occultus curabatur à vulneribus, quæ ei inflicta fuerant præilianti in insula Vecta, postulavítque ab eo, ut si necesse esset, pueros interfici, priùs eos liceret FIDEI CHRISTIANÆ SACRAMENTIS imbui. Concessit Rex, & ipse instructos eos VERBO VERITATIS, ac fonte SALUTARI ablutos, de ingressu regni æterni certos reddidit. Móxque illi instante carnifice mortem læti subiere temporalem, per quam se ad vitam animæ perpetuam, NON DUBITABANT esse transituros. Hoc ergò ordine postquam omnes Britanniarum provinciæ FIDEM CHRISTI susceperant, suscepit & insula Vecta: in qua tamen, ob ærumnam externæ subjectionis, nemo gradum ministerii, [ac sedis] Episcopalis, ante Danielem, qui nunc Occidentalium Saxonum [& Gevissorum] est Episcopus, accepit. Sita est autem hęc insula contra medium Australium Saxonum, & Gevissorum, interposito pelago, latitudinis trium millium, quod vocatur Solente: in quo videlicet pelago bini æstus Oceani, qui circum Britanniam ex infinito Oceano Septentrionali erumpunt, sibimet invicem quotidie compugnantes occurrunt, [ultra ostium fluminis * Homelea, quod per terras Vitarum, quæ ad regionem Gevissorum pertinent, præfatum pelagus intrat.] Finitóque conflictu, in Oceanum refusi, unde venerant, redeunt.

Margin notes: * Kinebertus T. — * sic W. Hreoutford. C Redford. T. — * Amelea. W.

Cap. 17.

*De Synodo facta in campo * Haethfeldo, præsidente Archiepiscopo Theodoro.*

* Haethfelda VV. Hethfelda. T.

ÐYssum tidum gehyrde Theodor B. þone geleafan þære cyricean Constantinopoli þurh gedwolan Eutyces swyþe gedrefede beon. ⁊ he ða wilnode þ he Angel þeodes cyricean þe he ða fore wæs. fram þysses gemetes wole clæne awunode. ⁊ gesomnadum þreate arwurþra biscopa. ⁊ monigra lareowa. ⁊ syndrigne frægin ⁊ acsode hwylces geleafan hi wæron. ⁊ mid anmodre geþafunge eallra hi on rihtū geleafan gemette. ⁊ þysne geleafan he * gymde bebeodan ⁊ gefæstnian mid Sinoþlicum stafum. to ontimberennesse ⁊ to gemynde þære æftersyligendra. Þara stafa ⁊ gewrit is þes fruma ;

* begymde. B.

His temporibus audiens Theodorus fidem Ecclesiæ Constantinopoli per hæresin Eutychetis multùm esse turbatam, & Ecclesias Anglorum quibus præerat, ab hujusmodi labe immunes perdurare desiderans, collecto venerabilium sacerdotum doctorúmque plurimorum cœtu, cujus essent fidei singuli, sedulus inquirebat, omniúmque unanimem in FIDE CATHOLICA repperit *consensum.* Et hunc Synodalibus literis ad instructionem memoriámque sequentium commendare curavit; quarum videlicet literarum istud exordium est.

In nomine DNI NRI IHU XPI Salvatoris ; On naman urer Drihtnes hælendes Cristes ricsiendum ussum þam æfæstan hlafordum. Ecfriþ Norþan-hymbra cyning. þy teogeþan geare his rices. under þam fifteðan dæge Kalendarum Octobris. þy eahteþan indict. ⁊ Æþelrede Myrcna cyninge. þy syxtan geare his rices. ⁊ * Ealdulfe East Engla cyninge þy seofonteogeþan geare his rices. ⁊ Hloþere Cantwara cyninge his rices þy seofoþan geare. foresittendum Theodore mid Godes gyfe Arcebiscoper Breotone ealondes. ⁊ Cantwara burhge ceastre ætgædere mid him sittendum oþrum biscopum Breotone ealondes arwurþum werum. ⁊ foregesettendum þam swyþe halgan Godspellum on þære stowe þe is nemned Hæðfeld ætgædere * we wæron smeagende rihtne geleafan. ⁊ riht wuldriende. swa asettan swa swa ure Drihten hælenda Crist on mennisscum lichaman sealde his discipulum þa þe hine ondweardlice gesawon. ⁊ gehyrdon his word. ⁊ he sealde hali-

* Aldwulfe. C.

* þ hi. B.

In nomine Domini nostri Jesu Christi salvatoris, imperantibus piissimis Dominis nostris Ecgfrido rege Humbronensium, anno decimo regni ejus, sub die quinta decima Kalend. Octobris indict. octavâ; & Æthilredo rege Mercinentium, anno sexto regni ejus; & Aldulfo Estanglorum, anno decimo septimo regni ejus, & Lothario rege Cantuariorum, regni ejus anno septimo, præsidente Theodoro gratiâ Dei Archiepiscopo Britanniæ insulæ, & civitatis Deruvernis, unà cùm eo sedentibus cæteris Episcopis Britanniæ insulę, viris venerabilibus, *præpositis sacrosanctis Evangeliis*, in loco [qui Saxonico vocabulo] Haethfeld nominatur, pariter tractantes fidem rectam & Orthodoxam exposuimus; sicut Dominus noster Jesus incarnatus tradidit discipulis suis, qui præsentialiter viderunt & audierunt sermones ejus,

S. Evangelia in Synodo, præposita.

haligra fædera here beacen. ⁊ gemænelice ealle halige ⁊ ealle Sinoþas. ⁊ eall ðreat geþoferenra lareowa. ðære rihtgelyfedan cyricean ÷ Ðas we fyldon arwyrðlice fyligende ⁊ riht wuldriende. æfter heora lare ða ðe wæron godcundlice onbryrde. geðwærlice we gelyfaþ her nu ondettende ⁊ we andetaþ æfter haligum fæderum swæslice ⁊ soþlice. Fæder. ⁊ Sunu. ⁊ haligne Gast þrynnesse in annesse efen swedilice. ⁊ annesse on ðære ðrynnesse. þ is ana God on þrym astondnessum oþþe hadum * efne swedelicum efenlices wuldres * ⁊ are. ⁊ ðysses gemetes men æfter settan ⁊ sprecon. ða þe belumpon to ondetnesse rihtes geleafan. ⁊ ða swylce eac to ætycte se halga Sinoð his stafum ÷ We onfengon ða halgan fif Sineþos. ⁊ þa riht gelyfedon eadigra fædera ⁊ Gode ⁊ fengra þ is þa þe on *Nicea gesomnode wæron. þreo hund teontig biscopa ⁊ eahta tyne. wið þam arleasestan * Aureum Eretice. ⁊ his lare ÷ ⁊ on Constantinopoli wæron gesomnode hund teontig ⁊ fiftig biscopa. wiþ wedenheortnesse Macedones ⁊ Eudoxe. ⁊ heora lare ÷ ⁊ on Efessum twa ⁊ hund teontig biscopa wiþ ðone wyrrestan Nestorium ⁊ his lare ÷ ⁊ on Calcedone six hund B'. ⁊ ðritig wiþ Euticem ⁊ Nestorium. eft ⁊ heora lare ÷ ⁊ eft on Constantinopoli. se fifta Synoþ wæs gesomnod on Justinianes tide ðæs giungran Caseres wiþ Theodorum ⁊ Theodorete ⁊ Iba þam Ereticum ⁊ heora larum. ⁊ we onfengon eac þone Sinoþ. se wæs geworden on Rome byrig on Martines tid þæs eadigan Papan. ðy nigoþan geare Constantinus rice ðæs arwyrðan Caseres ⁊ wuldriaþ urne Drihten swa swa ðas wuldredon : noht to ætý-

* efen. B. & C.
* oþþe. B.
* Nicena. C.
* Arrium. B.

atque sanctorum patrum tradidit Symbolum, & generaliter omnes sancti, & universales Synodi, & omnis *probabilium CATHOLICÆ ECCLESIÆ doctorum chorus: Hos itaque sequentes nos piè atque orthodoxè, juxta divinitus inspiratam doctrinam eorum professi credimus; constanter & confitemur secundùm sanctos patres, propriè & veraciter Patrem & Filium & Spiritum sanctum, trinitatem in unitate consubstantialē, & unitatem in trinitate, hoc est, unū Deum in tribus subsistentiis vel personis consubstantialibus ęqualis gloriæ & honoris. Et post multa hujusmodi, quæ ad RECTE FIDEI confessionem pertinebant, hęc quoque sancta Synodus suis literis addidit. Suscepimus sanctas & universales quinque Synodos, beatorum & Deo acceptabilium patrum, id est, qui in Nicęna congregati fuerunt trecentorum decem & octo, contra Arium impiissimū, †& ejusdem dogmata. 1
Et in Constantinopoli centum quinquaginta contra vesaniam Macedonii & Eudoxii, & eorum dogmata. 2
Et in Epheso, primò ducentorum contra nequissimum Nestorium & ejusdem dogmata. 3
Et in Chalcedone ducentorum & triginta contra Eutychem & Nestorium, & eorum dogmata. 4
Et iterum in Constantinopoli, quinto congregati sunt concilio, in tempore Justiniani minoris contra Theodorum & Theodoretum & Ibæ epistolas, & eorum dogmata: 5
[Contra Cyrillum & paulò pòst.] Et Synodum quę facta est in urbe Roma tempore Martini Papæ beatissimi, [indict. octavâ,] imperante Constantino piissimo; anno nono. Suscipimus & glorificamus Dominum nostrum Jesum Christū, sicut isti glorificaverunt

* *Sax.* electorum.

S. Trinitas.

5. Universales Synodi ab Anglicana Ecclesia veteri susceptæ.

† *Sax.* contra impiissimum Arium hæreticum.

ætycende oþþe onƿeg atynde þæs þe hi ƿuldredon. ⁊ ƿe amansumiaþ mid heortan ⁊ mid muþe ða ðe hi amansumedan. ⁊ þa þe hi onfengon ƿe eac sƿylce onfoð. ƿuldriende God Fæder butan fruman. ⁊ his Sunu þone acennedan of Fæder *acennedne ær ƿeorulde. ⁊ haligne Gast *forþferedne of Fæder ⁊ of Suna unasecgendlice. sƿa sƿa þa bodedon ⁊ lærdon. ða ƿe butan gemynegodan; Ða halgan Apostolas. ⁊ ƿitegan ⁊ lareoƿas. ƿe ealle mid Cristes rode tacne fæstnedon ⁊ underƿriton ða ðe asettan ðone allican geleafan ⁊ ðone rihton mid Theodore Arceb'.

* cennede.B.
* forþleorendne.B.

nihil addentes vel ſubtrahentes, & anathematizamus corde & ore quos anathematizaverunt, & quos ſuſceperunt ſuſcipimus, glorificantes Deum Patrem ſine initio, & Filium ejus unigenitum ex Patre generatum ante ſecula, & Spiritum ſanctum procedentem ex Patre & Filio inenarrabiliter, ſicut prædicaverunt hi quos memoravimus ſuprà, ſancti Apoſtoli, & Prophetæ, & Doctores. Et nos omnes ſubſcribimus, qui cum Theodoro Archiepiſcopo fidem Catholicam expoſuimus.

Cap. 18.

De Johanne Cantatore ſedis Apoſtolicæ, qui propter docendum, venerat Britanniam.*

* populum. W

ƿÆs eac sƿylce on ðyssum Synoþe ⁊ ætgædere trymede ða domas ðæs *allican geleafan. se arƿurþa ƿer Johannes Sce'. Petres cyricean ðæs Apostoles heah sangere. ⁊ Abbudes Sce'. Martines mynstres. se niƿan com fram Rome þurh hæse Agaþones þæs Papan. ƿæs his latteoƿ se arƿurþa Abbad ðe mon het Benedictus; Mid ðy he se ylca Benedictus mynster getimbrede on Breotone. on are Sce'. Petres þæs ealdor Apostoles. on þære stoƿe þe mon hateð ÆTƿire muþan; Ða com he to Rome mid his efenƿyrhtan ⁊ geferan. ðæs ylcan ƿeorces Ceolferþ. se æfter him ðæs ylcan mynstres Abbud ƿæs. ƿæs his geƿuna ꝥ he eac oft ær on þære fore ƿæs. ⁊ he arƿurþlice fram ðære eadigan gemynde Agathones ðæs Papan onfangen ƿæs. ⁊ he bæd ⁊ onfeng fram him on trymnesse ðæs mynstres freodomas. ðe he geƿorhte privilegium of ðære Apostolican ealdorlicnesse getrymede; ÆFter þon he ðe ƿiste ꝥ Ecgferþes ƿilla ƿæs cynin-

* eallican.C.

INtererat huic ſynodo, pariterq; Catholicæ fidei decreta firmabat vir venerabilis Johannes archicantor Eccleſiæ ſancti Apoſtoli Petri, & Abbas monaſterii beati Martini; qui nuper venerat à Roma per juſſionem Papæ Agathonis, duce reverendiſſimo Abbate [Biſcopo,] cognomine Benedicto, [cujus ſuprà meminimus.] Cùm enim idem Benedictus conſtruxiſſet monaſterium Britanniæ, in honorem beatiſſimi Apoſtolorum Principis, juxta oſtium fluminis Wiri, venit Romã cum cooperatore ac ſocio ejuſdem operis *Ceolfrido; qui poſt ipſum ejuſdẽ monaſterii Abbas fuit, (quod & antè ſæpiùs facere conſueverat,) atque honorificè à beatæ memòriæ Papa Agathone ſuſceptus eſt: petítque & accepit ab eo in munimentum libertatis monaſterii quod fecerat, Epiſtolam privilegii, ex auctoritate Apoſtolica *firmatatam, juxta quod Ecgfri-

* Celfrido. T Cealfrido. W.
* Sic MSS. ſing.

cyninges ⁊ his lyfnes ƿæs. forðon ðe he him ða landare forgeaf ⁊ sealde. ðe he ꝥ mynster ongetimbrade ; Ða onfeng he eac þone foresprecenan Abbad Johannem. ⁊ on Breotone gelædde. ꝥ he sceolde on his mynstre ðone sang læran. to tƿelf monþum. ðe he æt Sce'. Petre geleornode ; Ða dyde he Johannes sƿa ðæs Papan bebod ƿæs. endebyrdnesse ⁊ ðeaƿ ðæs sanges. cƿicne stæfne ðæs foresprecenan mynstres sangeras lærde. ⁊ ða ðe se hring ealles geares on ƿurþunge symbel daga* abæde. he eac sƿylce stafum aƿrat ⁊ on bec gesette. seo on þam ylcan mynstre oþ þis is gehealden. ⁊ fram monigum syþþan of gehƿider ymb aƿriten ƿæs. sƿylce he eac Johannes oþer bebod fram þam Apostolican Papan onfeng. ꝥ he ꝥ sceolde geornlice geƿitan ⁊ geleornian. hƿylces geleafan Angel cynnes * cyrice ƿære. ⁊ him ꝥ gesæde ðonne he eft to Rome hƿurfe. forðære ƿisan ƿæs se Synoþ gesomnod. on Breotone þe ƿe ær sægdon.

*geðihte. B.

*rice.B

dum regem voluisse, ac licentiam dedisse noverat; quo concedente & possessionem terræ largiente, ipsum monasterium fecerat, accepit & præfatum Johannem Abbatem Britanniam perducendum, quatenus in monasterio suo cursum canendi *annuum, sicut ad sanctum Petrum Romæ agebatur, edoceret. Egitque Abbas Johannes, ut jussionem acceperat pontificis, & ordinem videlicet ritúmque canendi ac legendi vivâ voce præfati monasterii cantores edocendo; & ea quæ totius anni circulus in celebrationem dierum festorum poscebat, etiam literis mandando, quę hactenus in eodem monasterio servata, & à multis jam sunt circumquaque transcripta. [Non solùm autem idem Johannes ipsius monasterii fratres docebat, verùm de omnibus penè ejusdem provinciæ monasteriis ad audiendum eum, qui cantandi erant periti confluebant: Sed & ipsum, per loca in quibus doceret, multi invitare curabant. Ipse autem, excepto cantandi vel legendi munere,] & aliud in mandatis ab Apostolico Papa acceperat, ut cujus esset fidei Anglorum Ecclesia diligenter edisceret, Romámque rediens referret. [Nam & Synodum beati Papæ Martini centum & quinque Episcoporum consensu, non multò antè Romæ celebratam, contra eos maximè, qui unam in Christo operationem & voluntatem prædicabant, secum veniens, attulit; atque in præfato religiosissimi Abbatis Benedicti monasterio transcribendam commodavit. Tales namq; eo tempore fidem Constantinopolitanæ Ecclesiæ multùm * conturbaverunt, sed Domino donante, proditi jam tunc & victi sunt. Unde volens Agatho Papa, sicut in aliis provinciis, itá etiam in Britannia, qualis esset status Ecclesię, quomodo ab Hæreticorum contagiis castus, ediscere, hoc negotium reverendissimo Abbati Johanni Britanniam destinato injunxit. Quamobrem collectâ pro hoc in Britannia Synodo, quam diximus,] inventa est in omnibus FIDES inviolata CATHOLICA. Datúmque illi exemplar ejus Romam perferendum: verùm ille patriam revertens, non multò postquam Oceanum transiit, arreptus infirmitate, ac defunctus est: Corpúsque ejus ab amicis pro-

* per annum. VV.

* Sic MSs. sing.

Ða ƿæs gemeted on eallum ungeƿemmed geleafa. ⁊ riht. ⁊ him ƿæs seald seo bysen. on geƿrite þæs Synoþes ꝥ he sceolde to Rome lædan ⁊ he ða ƿæs to his eþel hƿeorfende; Ða æfter medmyclum fæce þæs ðe he sæ oferfaren hæfde. þa ƿæs he gehrinen mid untrumnesse ⁊ forþferde. ⁊ his lichoma fram

his

his freondum ⁊ for Sce. Martines lufan wæs to Turnum gelæded. ⁊ ðær arwurðlice bebyriged on þam mynstre ðe he fore wæs on Abbudome; ⁊ ðeah ðe on ðam siðfæte. forðferde. noht ðon læs. seo bysen ðær rihtan geleafan Angel cyricean to Rome * gelæd wæs. ⁊ fram ðam Apostolican Papan. ⁊ eallum þe hine gehyrdon oþþe * reordedon þanc wurðlices wæs onfangen ;

* gelæded. C.

* geleornodon. B.

pter amorem sancti Martini, cujus monasterio præerat, Turonis delatum atque honorificè sepultum est. [Nam & benigno Ecclesiæ illius hospitio, cùm Britanniam iret, exceptus est; rogatúsque multùm à fratribus ut Romam revertens illo itinere veniret, atque ad eam diverteret Ecclesiam. Denique ibidem adjutores itineris & injuncti operis accepit.] Qui etsi in itinere defunctus est, nihilominus exemplum CATHOLICÆ FIDEI Anglorum Romam perlatum est, atque ab Apostolico Papa, omnibúsque qui audiere vel legere, gratantissimè susceptum.

CAP. 19.

Ut Ethildritha Regina virgo perpetua permanserit; cujus nec corpus in monumento corrumpi potuerit.

ONfeng Ecfrið se cyning gemæccan ⁊ wif. ðære noma wæs Æðelðryð Annan dohtor east Engla cyninges. þæs we oft ær gemynegodon wæs se mon god ⁊ æfest. ⁊ þurh eall. ge on mode ge on dædum æþele; Brohte hi ær him oðer wer to wife * suþ Gyrwa ealdormon. ðær nama wæs Tondbyrht. Ac æfter medmyclum fæce ðæs ðe he hi to wife onfeng. he forðferde; Ða wæs heo seald ⁊ forgifen. þam foresprecenan cyninge þæs gemanan mid ðy ðe heo wæs twelf wintra brucende. hwæþere heo mid ecre onwalhnesse mægþhades wuldorlice awunode. swa swa me sylfum frinnendum. Mid þy sumum monnum com on tweon hwæþer hit swa wære. ða þære eadigan gemynde Wilfrerð B'. sæde. ⁊ cw. þ he wære se cuþesta gewita hire clænnesse ⁊ hire mægþhades. to ðon þ te Ecfrið se cyning him gehet ge lond ge mycel feoh to gesyllanne. gif he þa cwene * gespannan ⁊ gelæran mihte þ heo brucan wolde his gesynscipes. forþon he geare wiste þ heo nænigne monn ma lufode þonne hine; Nis þ to geortrywianne þ on ure yldo þ beon mihte þ

* se wæs B.

* aspanan. B. gesponan. C.

ACcepit autem rex Ecgfridus conjugem nomine Ethildritham, filiam Annæ regis Orientalium Anglorum, cujus sæpiùs mentionem fecimus, viri bene religiosi, ac per omnia mente & opere egregii. Quam & alter ante illum vir habuerat uxorem, princeps videlicet Australium Gyrviorũ vocabulo * Tondbert9. Sed illo post modicum temporis ex quo eam accepit defuncto, data est regi præfato: Cujus consortio cùm duodecim annis uteretur, perpetua tamen mansit virginitatis integritate gloriosa, sicut mihimet sciscitanti, (cùm hoc, an ità esset, quibusdam venisset in dubium,) beatæ memoriæ Wilfridus Episcopus referebat dicens, se testem virginitatis ejus esse certissimum, adeò ut Ecgfridus promiserit se ei terras ac pecunias multas esse donaturum, si Reginę posset persuadere ejus uti connubio; quia sciebat illam, nullum virorum plùs illo diligere. Nec diffidendum est, nostrâ etiam ætate fieri potuisse, quod ævo præce-

* r. Tondberht. C

þ forþgongendre ylde oft geƿorden ƿæs ⁊ geƿriotene spell cyþað ⁊ secgaþ. þurh anes Drihtnes gife ⁊ ðæs ylcan sebe hine gehatende ƿæs mid us ƿunian oþ ƿoruolde ende. ƿæs eac sƿylce ðæs godcundan ƿundres sƿeotol tacnung. þ ðære ylcan fæmnan lichoma bebyriged brosnian ne mihte. ⁊ þ heo fram ƿerelicre hrinenesse ungeƿemmed aƿunode. bæd heo sƿiþe lange ðone cyninge þ heo moste ƿoruld forlæte ⁊ gymenne forlætan. ⁊ þ he hi forlæte on mynstre þam soþan cyninge Criste ðeoƿian. þ heo ða ƿenunge ætnyhstan ðurhteah. Ða *eode heo on Æbban mynstre ðære Abbudissan seo ƿæs Ecgfriþes faþu ðæs cyninges. þ is geseted on þære stoƿe þe mon nemned *Coludes burh. ⁊ heo þær halig ƿyfte onfeng. ⁊ Godes ðeoƿ hade. fram ðam foresprecenan B. Ƿilfriþe. ða ƿæs ymb an gear æfter þyssum þ heo ƿæs Abbudisse geƿorden. on ðam ðeod lande ðe is gecyged Elige ðær heo mynster getimbrade Gode ƿilsumra fæmnena. ⁊ * heo monigra moder ongan beon. ge mid bysenum heofonlices lifes. ge eac mid monungum; Secgaþ men be hire syþþan heo mynster gesohte þ heo næfre linenum hrægl brucan ƿolde ac ƿyllenum. ⁊ seldon on hatum baþum heo baþian ƿolde. butan ðam * hyhstum symbelnessum. ⁊ tidum æt Eastrum. ⁊ æt Pentecosten. ⁊ ðy tƿelftan dæge ofer * geohol. ⁊ þonne heo æreft ðurh hire ðenunge ⁊ hire þinenna ða oþre Cristes ðeoƿas ða ðe ðær æƿfæstne ƿæron. ðonne ƿolde heo eallra nyhst hi baþian ⁊ þƿean; And seldon butan maran symbelnysse on tidum. oþþe maran nydðearfe. ma ðonne æne siþe on dæge þ heo ƿolde mete ðicgan; And symble gif hire hefigre untrumnysse ne beƿerede of ðære tide uht sanges oð lutterne dæg.

*ƿende. B.

* Colunderburh. B

*seo fæmne. B.

* heah tidum. B.

*gehul. B.

dente aliquoties factum, fideles historiæ narrant, donante uno eodemque Domino, qui se nobiscum usque in finem seculi manere pollicetur. Nam etiam signum divini miraculi, quo ejusdem fœminæ sepulta caro corrumpi non potuit, indicio est, quòd à virili contractu incorrupta perduraverit. Quę multùm diu regem postulans ut seculi curas relinquere, atque in monasterio tantùm vero regi Christo servire permitteretur; vbi vix aliquando impetravit, intravit monasterium Ebbæ Abbatissæ, quæ erat * amita Ecgfridi regis, positum in loco quem Coludi urbem nominant accepto velamine Sanctimonialis habitûs, à præfato antistite Wilfrido. Post annum verò ipsa facta est Abbatissa, in Regione quæ vocatur *Elige; ubi constructo monasterio, virginum Deo devotarum perplurimarum Mater virgo & exemplis vitæ cœlestis esse cœpit, & monitis. De qua ferunt, quia ex quo monasterium petiit, nunquam lineis, sed solùm laneis vestimentis uti voluerit, raróque in calidis balneis, præter imminentibus solennis majoribus, [verbi gratiâ], Paschæ Pentecostes, Epiphaniæ, lavari voluerit; & tunc novissima omnium, lotis priùs suo suarúmque ministrarum obsequio, cæteris quæ ibi essent famulis Christi. Raro etiam præter majora solennia, vel arctiorem necessitatem, plusquam semel per diem manducaverit semper, si non infirmitas gravior prohibuisset. Ex tempore matutinę synaxeos,

*amica. W.C.

*Elge. C. Eli. T.

on cyricean on halgum gebedum stod; Sume men eac swylce sægdon þæt heo þurh witedomes gast þa adle forecwæde. ðe heo on forþferde. ⁊ swylce eac ðara Godes þeowa *rum. ða þe of hire mynstre of middan gearde wæron to geferanne þæt heo swutollice eallum cydde; Ða geleorde heo to Drihtne on middum hire hirum æfter seofon gearum þæs þe heo Abbudissan hade onfeng ⁊ þa gelice swa swa heo bebead na læs on oþre stowe butan on middum hire hirum æfter endebyrdnesse ðe heo *geferde on treowene ðruh wæs bebyriged; Ða feng æfter hire on ða ðenunge Abbudissan Seaxburh hire sweoster. ða hæfde to wife Erconbyrht Cantwara cyning ⁊ mid ðy ðe Æþeldryð wæs sixtene gear bebyriged. ða licode ðære Abbudissan hire magan. þæt heo hire ban upp adyde; ⁊ on niwe ðruh asette. ⁊ on cyricean gedyde. þa het heo sume þa broðru feran. ⁊ ðone stan secean þæt mon mihte ða þruh of geheawan. ⁊ gewyrcean; Ða eodan hi on scip forþon Heliga land is æghwanan midwæterum ⁊ mid fennum ymbseald. ne hit mycle stanas hafað. þa comon hi to sumre ceastre gehrorenre noht feor ðanon. seo is on Englisc *Granta ceastre geciged. ⁊ hi sona gemetton be ðære * ceastre weallum þurh of hwitum stane fægere geworhte. ⁊ seo wæs swylce eac gelisenlice gehlidad. mid gelice stane; Ða ongeaton hi sona þæt heora ærende. ⁊ heora siðfæt wæs fram Drihtne sylfum gehradod ⁊ gesynþrad. ⁊ hi ðær Gode ðanc sægdon. ⁊ þa ðruh to ðam mynstre gelæddon mid ðy ða se lichoma ðære halgan fæmnan ⁊ ðære Cristes bryde openre ðære byrigenne wæs forð on leoht gelæded. ða wæs *he gemeted swa ungebrosnod. ⁊ swa ungewemmed swa heo ðy ylcan dæge forþferde

*rim. B. *ut Lat.*

*geleorde. B.

*Grantan streame. B.

*streame. B.

**sc.* lichoma.

usque ad ortum diei, in Ecclesia precibus intenta perstiterit. Sunt etiam qui dicunt, quòd per prophetię spiritum, & pestilentiam, quâ ipsa esset moritura, prædixerit; & numerum quoque eorum qui de suo monasterio, hoc essent de mundo rapiendi, palam cunctis præsentibus, intimaverit. Rapta est autem ad Dominum, in medio suorum, post annos septem, ex quo Abbatissæ gradum susceperat. Et æquè ut ipsa jusserat, non alibi quàm in medio eorum, juxta ordinem quo transierat, ligneo in locello sepulta. Cui successit in ministerium Abbatissæ soror ejus *Sexburga, quam habuerat in conjugem Erconberchtus Rex Cantuariorum. Et cùm sedecim annos esset sepulta, placuit eidem sorori Abbatissæ levari ossa ejus, & in locello novo posita, in Ecclesiam transferri. Jussitque quosdam è fratribus quęrere lapidem, de quo locellum in hoc facere possent. Qui ascensâ navi, (ipsa enim regio Elige undique est aquis & paludibus circundata, neque lapides majores habet,) venerunt ad *civitatulam quandam desolatam non procul indè sitam, quę lingua Anglorum Grantacester vocatur; & mox invenerunt juxta muros civitatis, locellum de marmore albo pulcherrimè factum, operculo quoque similis lapidis aptissimè tectum. Unde intelligentes à Domino suum iter esse prosperatum, gratias agentes, retulerunt ad monasterium. Cúmque corpus sacræ virginis ac sponsæ Christi, aperto sepulcro, esset prolatum in lucem, ità incorruptum inventum est, ac si eo-

*Saexburg. C.

**Sax.* civitatem.

fered ⁊ bebẏriged ƿære. sƿa sƿa
se foresæda B'. Ƿilferþ ⁊ moni-
ge oþre ða ðe hit cuþon. cẏð-
dan ⁊ sægdon ; Ac hƿæþere cu-
þran geƿitnesse. Cẏneferþ læce
se æt hire ƿæs þa heo forþferde
⁊ eft ða mon hire lichoman of
bẏrigenne up hof. ƿæs. his geƿu-
na þ he sægde þa heo untrum
ƿæs. þ heo hæfde mẏcelne sƿile
on hire sƿeoran. ða het mon me
cƿ. he. þ ic ðone sƿile gestico-
de. þ te seo scæþþende ƿæta ut
fleoƿe seo ðær inne ƿæs ; Mid
ðẏ ic þ ða dẏde ða ƿæs heo ge-
seƿen ðurh tƿegen dagas. þ hi-
re * leohtor ⁊ sƿa ƿell ƿære sƿa
þ te monige tealdon þ heo ge-
hæled beon mihte from ðære
untrumnesse ; Ða ðẏ ðriddan
dæge ƿæs heo eft hefigod mid
ðam ærran sarum. ⁊ sona ƿæs
gehrinen ⁊ genumen of middan
earde. ⁊ eall þ sar ⁊ ðone deað
mid ecre hælo ⁊ life onƿende ;
Mid þẏ æfter sƿa monigum gea-
rum hire lichoma ƿæs up of bẏ-
rigenne ahafen. ða aðenodon
hi ⁊ aslogan geteld ofer. ⁊ eall
seo gesomnung broþra ⁊ sƿeo-
stra on tƿa healfe singende
ẏmbstodon. ⁊ seo Abbudisse in
þ geteld eode. ⁊ feaƿa men mid
hi. þ hi ða ban ƿoldon up adon. ⁊ onþƿean ⁊ geseoƿian æf-
ter monna geƿunon ; Ða semninga gehẏrdon ƿe ða Abbu-
dissan inne hludre stæfne cleopian. Seo ƿuldor cƿ'. Drihte-
nes noman ; Ða æfter medmẏclum fæce ða cleopode me
mon ⁊ cigde inn. * onƿreon ða duru ðæs geteldes. ða
geseah ic lichoman ðære halgan Godes fæmnan. upp aha-
fenne of bẏrigenne ⁊ on bedde gesetedne. ⁊ ƿæs slæpen-
dum men gelicra ðonne deadum ; Ða onƿrigon hi eac
hire ondƿliton ⁊ eoƿodon me ða ƿunde þæs snides.
ðe ic geo ær dẏde. ða ƿæs heo sƿa fæstlice gehalod.
þ te ƿundorlice gemete fore openre ƿunde ⁊ geonien-
dre mid ða heo bebẏriged ƿæs. þ seo ðẏnneste dolh
sƿaðo ⁊ seo læste ætẏƿde. ge eac ealle ða scẏtan ðe

*geolhstor. B

*onƿrugon. C.

dem die fuisset defuncta, sive hu-
mo condita, sicut & præfatus an-
tistes Wilfrid, & multi alii, qui
novere testantur. Sed certiori
notitiâ medicus Cinfridus, qui
& morienti illi, & elevatæ de tu-
mulo affuit, referre erat solitus,
quòd illa infirmata habuerat tu-
morem maximum sub maxilla;
jusserúntque me, inquit, incidere
tumorem illum, ut efflueret noxi-
us humor qui inerat. Quod dum
facerē, videbatur illa per biduum
aliquanto leviùs habere, ità ut
multi putarent, quòd sanari pos-
set à languore. Tertio autem die
prioribus aggravata doloribus, &
rapta confestim de mundo, dolo-
rem omnem ac mortem perpetuâ
salute ac vitâ mutavit. Cúmque
post * tot annos elevanda essent
ossa de sepulcro, & extento desu-
per papilione, omnis congregatio
hinc Fratrum, indè Sororum psal-
lens circumstaret; ipsa autem Ab-
batissa intus cum paucis ossa ela-
tura & * dilutura intrasset, repentè
audivimus Abbatissam intus clarâ
voce proclamare: Sit gloria no-
mini Domini. Nec multò pòst
clamaverunt me intus, reserato
ostio papilionis, undiq; elevatum
de tumulo & positum in lectulo
corpus sacræ Deo virginis quasi
dormientis simile. Sed & disco-
operto vultûs indumento mon-
straverunt mihi etiam vulnus in-
cisuræ, quod feceram curatum; ità
ut mirum in modum pro aperto
& hiante vulnere, cum quo sepul-
ta erat, tenuissima tunc cicatricis
vestigia apparerent. Sed & linte-

*Sic MSt. sing.

*C. & w.

se lichoma mid bewunden wæs. swa on * wealge ⁊ swa niwe ⁊ swa clæne ætywdon swa swa ðy seolfan dæge hire ðam clænum limum hi ymbsealde wæron ; Secgaþ eac men þa heo ðrycced wæs ⁊ swenced mid swyle ⁊ mid sare hire sweoran ꝥ heo wære swyþe lustfulliende ðysse untrumnesse cynne. ⁊ heo oft gewunolice cwæde. Ic wat cuþlice ꝥ ic be gewyrhtum on minum sweoran bere ða byrþenne ðysse adle. ⁊ ðysse untrumnesse in ðam ic me * gemon geo beran ða ic geong wæs ða ydlan byrðenne gyldenra * sigla. ⁊ ic gelyfe ꝥ me forþon seo upplice arfæstnes wolde ma hefigad beon mid sare mines sweoran. ꝥ ic swa wære alysed fram þære scylde þære swyþe idlan leasnesse. mid ðy me nu for golde ⁊ for gimmum of sweoran forþlixað seo readnes ⁊ bryne ðæs swyles ⁊ wærces ; Hwæt. þa gelamp mid ðy gehrinenesse ðære ilcena gegyrlena þe mon of hire lichoman dyde. ꝥ deofol seocna ⁊ monigra oþra untrumnessa oft gehælede wæron ; Swylce eac seo þruh in ðære heo wæs ærest bebyrged monigum monnum ðe heora eagan sargedon ⁊ hefegodan wearþ to hæle. þonne hi heora heafod ⁊ heora eagan to onhyldon ⁊ him to gebædon. ⁊ sona seo gewemmednes þæs sares ⁊ ðære hefignesse fram heora eagum gewat ; Ond hwæt hi ða þwogan ⁊ baþedon ðone lichoman ðære halgan fæmnan. ⁊ mid niwum hrægelum gegyredon. ⁊ in cyricean bæron. ⁊ on ða stænenan þruh gesettan. þe ðider gelæded wæs. ⁊ ðær nu gyta oþ þisne ⁊weardan dæg on mycelre arwurþnesse is hæfed. wæs ꝥ eac mycel wundor ꝥ seo ðruh wæs swa gemete þære fæmnan lichoman gemeted swa swa heo synderlice hire gegearwod wære. swylce eac seo heafod stow sunder cræftiglice * geworht ⁊ gesceaplice gehiwad. ꝥ ætywde to ðam gemete hyre heafdes ; Is Elig ꝥ land on

* walge. C.

* gesceah geo. B.

* sigel-la. B.

* gemeten ⁊ geworht. B.

amina omnia, quibus involutum erat corpus, integra apparuerunt; & ità nova, ut ipso die viderentur castis ejus membris esse circundata. Ferunt autem, quia cùm præfato tumore ac dolore maxillæ sive colli premeretur, multùm delectata sit hoc genere infirmitatis, ac solita dicere: Scio certissimè, quia meritò in collo pondus languoris porto, in quo juvenculam memini me supervacua monilium pondera portare; & credo, quòd ideo me superna pietas dolore colli voluit gravari, ut sic absolvar à reatu supervacuæ levitatis; dum mihi nunc pro auro & margaritis de collo rubor tumoris, ardórque promineat. Contigit autem tactu indumentorum eorundem & dæmonia ab obsessis fugata corporibus, & infirmitates alias aliquoties esse curatas: Et loculum in quo primò sepulta est, nonnullis oculos dolentibus, saluti fuisse [a]perhibent. Qui cùm suum caput eidem loculo apponentes [b]orassent; mox doloris sive caliginis incommodum ab oculis amoverent. Laverunt igitur virginis corpus; & novis indutum vestibus intulerunt in Ecclesiam: atq; in eo quod allatum erat sarcophago, posuerunt: ubi usque hodie in magna veneratione habetur: mirum verò in modum ità aptum corpori virginis sarcophagum inventum est, ac si ei specialiter præparatum fuisset; & locus quoque capitis seorsim fabrefactus, ad mensuram capitis illius, aptissimè figuratus apparuit. Est autem Elige in provincia Orientalium An-

* hpæt hpæga. C.

on eaſt Engla mægþa * hu hugu ſyx hund hida on ealondeſ gelicneſſe. iſ eall ſpa ſpa pe cpædon. mid fenne ⁊ mid pætere ymbrealð. ⁊ fram genihtſumneſſe æla. ða ðe on ðam ylcan fennum fongene beoþ hit naman onfeng; Ðær gepilnode mynſter habban ſeo gemyngade Criſter ðeopa. forþon heo of ðære ylcan mægþe eaſt Engla lichoman frymþe lædde. ſpa ſpa pe foreſpræcende pæron;

glorum, regio familiarum circiter sexcentarum, in similitudinem insulæ, vel paludibus (ut diximus) circumdata, vel aquis; unde & à copia anguillarum, quæ in eisdem paludibus capiuntur, nomen accepit. Ubi monasterium habere desideravit memorata famula Christi, quoniam de provincia eorundem Orientalium Anglorum ipsa, ut præfati sumus, carnis originem duxerat.

NOTÆ.

ª Loculum [*Sanctæ Ethildrithæ*] ---nonnullis oculos dolentibus saluti fuisse perhibent.— Perhibent, *inquit Beda*; *hoc est*, οἱ πολλοί. *Beda* αὐτόπτης *non perhibet.*

ᵇ Qui, cùm suum caput eidem loculo apponentes ORASSENT---- *Orassent? Quemnam? vel, Quidnam potiùs? id scil.* Quod nonnullis saluti fuisse perhibent; *hoc est*, loculum. *Rex Aluredus Idololatriam non ferendam, minimè dissimulat. Sax.* Illi autem caput suum oculósque suos affixerunt, & ad illum oraverunt; *loculum, scilicet, in quo primò sepulta fuit Ethildritha.*

Si tantam in loculo *fidem, quantam in ipsa Ethildritha, pro salute sua, collocassent? Hujus plebeculæ ad Idololatriam, quamvis proclivis contemplatio, ad doctrinam Ecclesiæ saniorem, hìc non intempestivè nos revocabit.* Solum Deum *pro salute & auxilio invocandum esse. Homil.* 34. De oratione Mosis, *pag.* 201. *lin.* 20. *Sic transfero.*

Quisq; Christianorum hominum sciat, quòd neminem oporteret pecunias *pro Ecclesia* Dei *accipere. Quod si quis fecerit,* [*sciat*] *quòd sponsam Dei, hoc est, Ecclesiam pro nummo vendat. Tum qualis Judas erat, qui pro Christo à Judæis nummum acceperat; Quique, ut Judas, undè in æterno patietur, nisi in vita apud Deum priùs emendaverit. Nè quisquam Laicus præsumat, prædicandi munus, sive principatum in ministros Dei exercere. Quì possit vel quì ausit Laicus quispiam Christi paroecias ad se, per rectoris* officium *vendicare. Nec ob id ordinatus aliquis sibi vendicet, ut Christi* vice *in sanctam suam fungatur familiam, nisi munus hoc à Divinis doctoribus illi demandetur. Si quis Laicus monasterium aliquod velit exstruere, vel reparare; Deo tradat quicquid in hoc insumpturus sit: atque inibi familiam ex sanctorum doctorum consilio collocet: nec unquam quis Laicus principatum in ordinatos Dei famulos exerceat: Quod si quis fecerit, sciat hoc contra Christi omniúmque sanctorum ejus institutionem fecisse. Quoad mundum pos-*

gena ⁊ For populde he mot Godes þeowum fylstan. ⁊ lætan hi lybban be heora boca wissunge. ⁊ heora gastlican ealdres tæcunge;

set famulos Dei adjuvare, illósque sinat juxta librorum suorum institutionem, & spiritualis Patris sui doctrinam vivere.*

* Sax. Senioris.

We habbað nu gesæd be Godes cyrican. ægþer ge be þære ealdan. ge be þære niwan ⁊ Nu bidde we þone ælmihtigan Hælend. þ he us þurh his mildheortnysse geclænsige fram urum synnum. ⁊ us gelæde to þære ecan gelaþunge heofonan rices. on þam þe he rixað mid his gecorenum halgum. mid his ælmihtigan Fæder. ⁊ þam halgan Gaste. on ealra worulda woruld ⁊ Amen.

Jam modò de Ecclesia Dei cùm Veteri, tum Nova diximus. Nunc omnipotentem JESUM *oremus, ut per misericordiam suam nos à peccatis nostris * purgare velit; nósque in æternam Ecclesiam ducere cœlestis regni, in quo regnat cum electis sanctis suis; cum Omnipotente Patre suo, Spiritúque sancto in omnia secula seculorum.* AMEN.

* *nam sanguis Christi unicum purgatorium.* 1. *Joh.* 1. 7.

CAP. 5.

Ut idem puerum comitis orando, à morte revocaverit.

EFt oþre tide wæs se B'. gelaþod sumes gesiþes cyricean to halgianne. se wæs haten * Addi. mid þy he þa þa abedenan þenunge gefylled hæfde. þa bæd se gesiþ hine þ he eode in to anum his geferena se wæs mid þa grimmestan untrumnesse hefigad ⁊ þrycced. swa þ he wæs lama ⁊ eallra his lima þenunge * benum. ⁊ bescyrwed. ⁊ monnum gesewen wæs. þ he æt forþfore wære; Wæs him eac * þruh gegearwod. ⁊ geworht. on þære he forþfered bebyriged beon sceolde; To ætycte se gesiþ eac swylce his benum. þ he tearas geat ⁊ weop ⁊ geornlice bæd. ⁊ halsode þ he to þam untruman men ineode. ⁊ hine sone gebæde. ⁊ sæde þ he him leof wære ⁊ his lif nyd behoflic; ⁊ cw'. þ he gelyfde gif he his handa hine on gesette ⁊ hine bletsian wolde þ him sona sel wære; Þa eode se B'. þider in to him ⁊ hine neah forþfore geseah. ⁊ þa men ealle unrote * ymbe him æt * wæron. ⁊ þa þruh be him geseted. on þære he to byrigenne geseted beon sceolde ⁊ Þa sang he orationem ofer hine. ⁊ hine bletsode ⁊ senode. ⁊ þa he utgan

* Iodi. B

* benumen. B. & C.

* þryh. B.

* ymbstodon B.

ALio item tempore vocatus ad dedicandam Ecclesiam comitis, vocabulo Addi; cùm postulatū complesset ministeriū, rogatus est ab eodē comite, intrare ad unum de pueris ejus, qui acerrimâ ægritudine premebatur, ità ut deficiente penitus omnium membrorum officio, jam jámque moriturus esse videretur. Cui etiam loculus jam tunc erat præparatus, in quo defunctus condi deberet. Addidit autem vir etiam lacrymas precibus, diligenter obsecrans ut intraret oraturus pro illo; quia multùm necessaria sibi esset vita ipsius. Crederet verò, quia si ille ei manum imponeret, atque eum benedicere voluisset, statim meliùs haberet. Intravit ergò illò Episcopus, & vidit eum, mœstis omnibus, jam morti proximum, positúmque loculum juxta eum in quo sepeliendus poni deberet. Dixítque orationem, ac benedixit

utgan

utgan ƿolde. ða cƿ. he ꝥ geƿunalice ƿord ðara * frefrendra. Truma þe hraþe ⁊ ƿel; Ða ƿæs æfter ðyssum ðe hi æt beode ⁊ æt sƿæsendum sæton. ða sende se untruma man to his hlaforde. bæd ꝥ he him onsende ƿines ondrincan. cƿ. ꝥ hine þyrste; Ða ƿæs he sƿyþe gefeonde ꝥ he drincan mihte. sende him * glæs fæt full ƿines ⁊ ꝥ se B. gebletsode; Sona sƿa he hit gedruncen hæfde. sƿa aras he instæpe. ⁊ þære ealdan untrumnesse getrumad ƿæs. ⁊ hine gegyrede mid his hræglum ⁊ ut þanon eode. ⁊ eode to ðam B. ⁊ hine grette. ⁊ ða ymbsittendan. ⁊ cƿ. ꝥ hine lyste mid him etan ⁊ drincan; Heton hi hine sittan mid him to sƿæsendum. ⁊ sƿyþe gefeonde ƿæron be his gesynto. ⁊ hælo; Sæt he. ⁊ sƿæsende ðeah. ⁊ dranc. ⁊ blissode mid him. ⁊ monig gear æfter ðisum lifede. ⁊ on ðære ylcan hælo aƿunode ðe he onfeng; Ðis ƿundor se gemynegoda Abbad sæde. ꝥ hit ne ƿære him ⁊ƿeardum ðus geƿorden. ac ꝥ ða hit him sædan ðe ðær ⁊ƿearde ƿæron;

* frefrigendra. B.

* an glæs. B.

eum, & egrediens dixit solito consolantium sermone: Bene convalescas, & citò. Cùmque post hæc sederent ad mensam, misit puer ad Dominum suum, rogans sibi poculum vini mittere quia sitiret. Gavisus ille multùm quòd bibere posset, misit ei calicem vini benedictum ab Episcopo. Quem ut bibit, surrexit continuò & * veterno infirmitatis discusso, induit se ipse vestimentis suis, & egressus inde intravit & salutavit Episcopum & convivas, dicens quod ipse quoque delectaretur manducare & bibere cum eis. Jusserunt eum sedere secum ad epulas, multùm gaudentes de sospitate illius. Residebat; vescebatur; bibebat; lætabatur; quasi unus è convivis agebat. Et multis post hæc annis vivens, in eadem quam acceperat salute, permansit. Hoc autem miraculum memoratus Abbas non se præsente factum, sed ab his, qui præsentes fuerunt, sibi perhibet esse relatum.

* veternâ infirmitate. T.

Cap. 6.

Ut clericum suum cadendo contritum, orando ac benedicendo, à morte revocaverit.

Nis ꝥ ƿundor to forsƿygienne ꝥ Herebald se Cristes ðeoƿ sæde from him. * ⁊ ꝥ eac sƿylce beon geƿorden on him sylfum; Ƿæs he ða on his geferscipe drohtiende. ⁊ eft ƿæs Abbad on þam mynstre æt þam * gemyþum Tyne streames; Cƿ. he þæs B. lif sƿa sƿyþe sƿa monnum ƿiht is to ehtienne. ꝥ ic andƿeard gearƿe cuþe. þurh eall ic hine gemette biscope ƿyrþe beon; Ge eac hƿylcere gearnunge he * hæfed ƿære mid monigum oþrum. þeah sƿiþost ðone inlican geƿitan. ⁊ on on me sylfum ic ƿæs ongitende;

* gemærum. C.

* hræd. B.

Neque hoc silentio prætereundum arbitror, quod famulus Christi * Herebaldus in seipso ab eo factum solet narrare miraculum. Qui tunc quidem in clero illius conversatus, nunc in monasterio quod est juxta ostium * Tini fluminis Abbatis jure præest. Vitam, inquit, illius (quantùm hominibus æstimare fas est) quam præsens optimè cognovi, per omnia Episcopo dignam esse comperi. Sed & cujus meriti apud internum testem habitus sit, & in multis aliis, & in meipso maximè

* Herebald. W. & C.

* Sic Mss. sing.

giꞇende; Forþon ðe he me ðæs ðe ic cweþe. fram deaþes þreowalde wæs acigende. ⁊ me to lifes wege mid his gebede ⁊ bletsunge gelædde; Wæs ic on ða ærestan tid minre geoguþe ð hadnesse on his gefersciþe drohtiende. ⁊ him befæsted wæs to ðon ꝥ ic sceolde æghwæþer ge bec ge sang leornian. ac ða gyt ic ne wæs min mod fullfremedlice bewerigende ðam geoguþlicum unalyfednessum. gelomp sume dæge ða we ferende wæron mid him. ꝥ we becoman on sume smeþne feld ⁊ rumne. ⁊ wæs * gescroepe ærne weg; Ða ongunnon ða * iungan biddan ðone B'. ða ðe mid him wæron ꝥ he him alyfde ꝥ hi ærnan mostan. ⁊ gecunnian hwylc heora swiftost hors hæfde; Ða wiþsoc he se B'. ærest. ⁊ cw'. ꝥ ꝥ idel ⁊ unnyt wære ꝥ hi bædon. ⁊ wilnedon. ac þa ætnyhstan mid an mode willan monigra. ꝥ he wæs oferswiþed. Cw'. he. Doþ swa gif ge willan. ⁊ hwæþere ꝥ Herebald eallinga hine fram ðam geflite * ahæbbe; Ða bæd ic geornlice ⁊ halsade ꝥ me wære eac lyfnesse weald to ærnenne ⁊ to flitenne mid him. forþon ic getruwade minum horse well. ðam betstan ꝥ me se B'. sealde. ⁊ ðeah ðe ic geornne bæde. ne mihte ic nænige ðinga lyfnesse abiddan; Mid þy ic þa * geornlice hiðer ⁊ ðider me hwyrfde ⁊ se B'. me á beheold. ða gearndon hi sume þrage. ⁊ eft hwurfon. ⁊ ic wæs mid * geaglisce mode oferswyþed. ꝥ ic me ne mihte bewerigan ðeah ðe se B'. me bewerede. ac ic me to ðam plegan gemengde. ⁊ ongon somod ærnan mid him; Mid ðy ic ꝥ ða dyde. ða gehyrde ic ðone B'. me on bæclinga mid geomerunga cweþan. eala hwæt ðu me mycel yfel ⁊ laþ dest mid ðinre ærninge; ⁊ ic þa word gehyrde. ⁊ noht þon ær þære ærninge blon; Ne wæs þa ylding. mid þy ꝥ hors swyþost * orn. ⁊ on eall þene wæs. ꝥ hit sum slog on þam wege mid

* gescrope C.
* geongan. B.
* ahæfde. C.
* gelomlice B. *ut Lat.*
* geglescum. B geagle. C.
* arn. C

expertus sum. Quippe quem ab ipso (ut ità dicam) mortis limite revocans, ad viam vitæ suâ oratione ac benedictione reduxit. Nam cùm primævo adolescentiæ meæ tempore in clero illius degerem, legendi quidem canendíque studiis traditus (sed non adhuc animum perfectè à juvenilibus cohibens illecebris,) contigit die quadam nos iter agentes, cum illo devenisse in viam planam & amplam, atque [cursui equorum] aptam: Cœperúntque juvenes, qui cum ipso erant, maximè Laici, postulare Episcopum, ut cursu majore equos suos invicem probare liceret. At ille primò negavit, otiosum dicens esse quod desiderabant. Sed ad ultimum, multorum unanimi intentione devictus, Facite, inquit, si vultis; ità tamen ut Herebaldus ab illo se certamine funditus abstineat. Porrò ipse diligentiùs obsecrans, ut & mihi certandi cum illis copia daretur, (fidebam namq; equo quem mihi ipse optimum donaverat,) nequaquam impetrare potui. At cùm sæpiùs huc atq; illuc, spectante me & Episcopo, concitatis in cursum equis reverterentur, & ipse lascivo superatus animo, non me potui cohibere, sed (prohibente licèt illo) ludentibus me miscui, & simul cursu equi contendere cœpi. Quod dum agerem audivi illum post tergum mihi cum gemitu dicentem: O quàm magnum væ facis mihi sic equitando! Et ego audiens nihilominus cœptis institi vetitis. Nec mora, dum fervens equus, quoddam itineris concavum va-

mid ſƿiðran ꞃeſe oferhleop ⁊ oferſƿealde. ða ƿearð me ſlide ⁊ him of afeoll ⁊ ic ſona ƿæs geſƿolten. ⁊ min geƿit ⁊ ealle mine ſtyþneſſe forleas. ƿæs on ðære ſtoƿe ſum ſtan ðære eorðan gelic mid þynne tyrf beƿrigen. ⁊ nænig oþer ſtan on eallum ðam felda gemeted beon mihte ; Ða gelamp mid þa godcundā foreſceaƿneſſe ðære ſynne to ƿitnunge minre unhyrſumneſſe. ða ic hreoſende ƿæs. ꝥ ic com mid ðy heafde ⁊ mid handa on ðone ſtan drifan. ⁊ ſe þuma gebrocen ƿæs. ⁊ eac ſƿylce ſeo geheodneſ ƿæs heafdes tobrocen ⁊ to lyſed ƿæs. ⁊ ſƿa ſƿa ic cƿ. ꝥ ic ƿæs deadum gelic ⁊ nan lim onſtyrian ne mihte ; Ða aſlogen hi geteld ofer me on þam ic læg. ƿæs hit hu *hugu ſeo ſeofoþe tid dæges. ꝥ is an tid ofer midne dæg fram ðære tid á oð æfen ic ſtille. ⁊ ſƿa ſƿa dead aƿunode. ða hit ða æfen ƿæs. þa acƿicode ic hƿon. ⁊ mine geferan me ham bæron. ⁊ ic ſƿigende ealle þa niht aƿunode. ⁊ blode ſpau. forþon ðe mine innoþas on þam fylle to locene ƿæron. ⁊ ſe B'. hefiglice ſargode be ðam fylle. ⁊ mine forƿyrde. forþon þe he me mid ſyndrige lufan lufode. ne he ƿolde ðære nihte æfter his ðeaƿe mid his geferum ƿunian. ac he ana ongebedum ſtod ⁊ ða niht ealle ƿacode. ic ƿene ꝥ he ƿære *ben ſiende þa uplican arfæſtneſſe minra geſynta. ⁊ ſona on ærne morgen eode in to me. ⁊ ſang orationem ofer me. ⁊ nemde me minne noman. ða ƿæs ic ſona ſƿa ic of hefigum ſlæpe aƿeht ƿære. Ða frægn he me hƿæðer ic ƿiſte hƿa ꝥ ƿære ſe ðe to me ſprecende ƿæs. ða ontynde ic mine eagan. locade on hine. ⁊ cƿ. Ic ƿat geare ꝥ ðu eart min ſe leofa B'. cƿ. he Ðinceð ðe miht ðu libban. cƿ. ic. Ic mæg ðurh [* eoƿre] gebedo gif Drihten ƿile; Ða ſette he his hand on min heafod

* hƿæt hƿega. C.

*bid-dendne B.& C.

**Ms. B. ut Lat.*

lentiore impetu transiliret, lapſus decidi; & mox, velut emoriens, ſenſum penitus motúmq; omnem perdidi: Erat namq; in loco illo lapis terrę ęqualis obtectus ceſpite tenui; neq; ullus alter in tota illa campi planitie lapis inveniri poterat. Caſúque evenit, vel potiùs divinâ proviſione, ad puniendam inobedientię meę culpam, ut hunc capite ac manu, quam capiti ruens ſuppoſueram, tangerem; atq; infracto pollice, capitis quoque junctura ſolveretur; & ego, ut dixi, ſimilimus mortuo fierem. Et quia moveri non poteram, tetenderunt ibidem papilionem in quo jacerem. Erat autem circiter horam diei ſeptimam, à qua ad veſperam uſque quietus & quaſi mortuus permanens, tunc paululum reviviſco; ferórque domum à ſociis, ac tacitus totâ nocte perduro. Vomebam autem ſanguinem, eò quòd & interanea eſſent ruendo convulſa. At Epiſcopus graviſſimè de caſu & interitu meo dolebat; eò quòd me ſpeciali diligeret affectu. Nec voluit nocte illâ, juxta morem, cum clericis ſuis manere; verùm ſolus in oratione perſiſtens, noctem ducebat pervigilem, pro mea (ut reor) ſoſpitate ſupernæ pietati ſupplicans. Et manè primo ingreſſus ad me, & dictâ ſuper me oratione, vocavit me nomine meo, & quaſi de gravi ſomno excitatum interrogavit, ſi noſſem quis eſſet qui loqueretur ad me. At ego aperiens oculos, aio, Etiam: Tu es antiſtes meus amatus. Potes, inquit, vivere? Et ego, Poſſum (inquam) per orationes veſtras, ſi voluerit Dominus. Qui imponens capiti meo

fod ⁊ me senade ⁊ bletsode ⁊ hwearf eft to his gebede. ⁊ æfter med miclum fæce eode he min eft ⁊ cunnade. þa gemette he me sittende. ⁊ ic sprecan mihte. Ða ongan he me acsian ⁊ frinan. hwæþere ic wiste hwæþer ic on wiht butan incan gefullad wære. þæs he mid ða godcundan onbryrdnesse monad swa þ sona æfter gecyþed wæs; ⁊ ic swarede ic him. ⁊ cw. þ ic butan tweon wiste mid * fulluht bæþe on synna forgifenesse me aþwægenne beon. ⁊ ðæs Mæsse Preostes naman him nemde. Fram ðam ic wiste þ ic gefullad wæs. Cw. he se B. Gif ðu fram ðissum Mæsse Preoste gefullad wære. þonne ne eart ðu fullfremedlice ne on wiht gefullad. forþon ic hine cuþe þa he to Mæsse Preoste gehalgod wæs. ⁊ he næfre for his unglaunesse ⁊ for his unsceapnesse ða þenunge to cristnienne oþþe to fullianne on wiht geleornian mihte; ⁊ ic him forþon ða þenunge forbead forþon he wihtlice hi gefyllan ne mihte. ða he ðis cw. sona on þa ilcan tid ða cristnade he me; Ða wæs geworden ðær ðe he on minne andwlitan bleow. ða sona instæpe gefelde ic me beotiende ⁊ * wyrpende þa het he his læce to him ⁊ bebead him þ he ða to lysdan gebeodnesse minre heafod punde gesette ⁊ wriþe; ⁊ sona ðæs ðe ic his bletsunge hæfde ða getrumad ic me ⁊ gestrangad wæs. swa þ ic on morgenne hleop on min hors. ⁊ ferde mid him on oþre stowe to oþrum hame. ⁊ æfter medmiclum fæce ðæs ic ðe fullice gehæled wæs. ða ic eac swylce mid ða liffæstan ȳþe. þ is mid fulluhte bæþe wihtlice ðurhgoten. ⁊ gefullad wæs; Wunode ðes Godes wer in biscop hade xxxiii wintra ⁊ swa wæs astigende to þam heofonlican rice ⁊ wæs bebyriged in Sce. Petres portice on his mynstre þ is cweden Indeawuda; Forþon ða he

for

* fulwihte. C.

* werende. C.

manum, cum verbis benedictionis, rediit ad orandum; & post pusillum me revisens, invenit sedentem, & jam loqui valentem; cœpitq; me interrogare (divino, ut mox patuit, admonitus instinctu) an me esse baptizatum absq; scrupulo nossem. Cui ego absq; ulla me hoc dubietate scire respondi, quòd salutari fonte, in remissionem peccatorum essem ablutus: & nomen presbyteri à quo me baptizatum noveram, dixi. At ille: Si ab hoc, inquit, sacerdote baptizatus es, non es perfectè baptizatus: Novi namque eum; & quia cùm esset presbyter ordinatus, nullatenus propter ingenii tarditatem,* potuit catechizandi vel baptizandi ministerium discere. Propter quod & ipse illum ab hujus præsumptione ministerii, quod regulariter implere nequibat, omnino cessare præcepi. Quibus dictis eadem horâ me catechizare ipse curavit. Factúmque est, ut exsufflante illo in faciem meam, confestim me meliùs habere sentirem. Vocavit autem medicum, & dissolutam mei cranii juncturam componere atque alligare jussit. Tantúmque mox acceptâ ejus benedictione convalui, ut in crastinum ascendens equum, cum ipso iter in alium locum facerem. Nec multò pòst plenè curatus, vitali etiam unda perfusus sum. Mansit autem in Episcopatu annis triginta tribus, & sic cœlestia regna conscendens, sepultus est in porticu S. Petri, in monasterio suo quod dicitur in sylva Deirorum, [anno ab incarnatione Domini septingentesimo vicesimo primo.] Nam

* *Ergò non potuit baptiz. in nom. Pat. Fil. & Sp. S. vid. aliàs pag. 179. lin. 41.*

for maran yldo þone B'. had ðe-
nian ne mihte. þa gehadode monn
in biscop hade Wilfrið his Mæs-
se Preost in Eoferwic ceastre. ⁊
he gewat to þam foresprecenan
mynstre. ⁊ þær his lif in Gode
mid wyrþe drohtunge gefylde ;

cùm præ majore senectute minùs Episcopatui administrando sufficeret, ordinato in Episcopum Eboracensis Ecclesiæ Wilfrido presbytero suo, secessit ad monasterium præfatum, ibíque Deo, dignâ conversatione complevit.

Cap. 7.

Ut Ceadwalla rex occidentalium Saxonum baptizandus, Romam venerit; & ut successor ejus ad eadem beatorum Apostolorum limina devotus adierit.

Ða wæs ðy ðriddan geare Aldfriþes rices þæs cyninges þ te Ceadwalla West Seaxna cyning. mid ðy he his ðeode twa gear fromlice in cynedome forewæs. þ he forlet þ eorþlice rice for Drihtne ⁊ for þam ecan rice in heofonum. ⁊ to Rome com. ⁊ him * syndeplice wilnade þ wuldor begitan þ he æt stowe þara eadigra Apostola mid ðam wyllan fulluhte bæþes aþwægen beon. in ðam anum he geleornode moncynne ingong openian ðæs heofonlican lifes ; ⁊ swylce eac he wæs gehyhtende. þ he sona þær ðe hine mon gefullade his lichoman tolysed wære. ⁊ clæne to ðam ecan gefean * leorde heofona rices wuldres ; ⁊ ægþer ðer þara swa swa he on his mode foresette. ðurh Drihtnes fultum gefylled wæs. forþon ðe ðider becom. ⁊ fram Sergio ðam Papan gefullad wæs. ðy halgan dæge ðær Eastorlican restedæges. ⁊ under crisman wæs sona adle * gestonden. ⁊ ðy twelftan dæge Kl'darum Maiarum. þ he wæs fromlice onlysed ⁊ forþfered. ⁊ wæs geþeoded to ðara eadigra rice in heofonum. swylce him eac in ða tide fulluhtes se gemyndiga papa Petrus to noman scop þam * eadigan ealdre ðara Apostola. to ðæs þam halgestan lichoman he mid arwærþre lufan feorran from eorðan gemærum com. eac swylce his noman gemanan geþeoded wære ;

* syndriglice. C.

* geferde. C.

* forgripen. B.

* eadigestan B.

Anno autem regni Aldfridi tertio, Ceadwalla Rex Occidentalium Saxonum, cum genti suę duobus annis strenuissimè pręesset, relicto imperio propter Dominum, regnúmque perpetuum, venit Romam. Hoc sibi gloriæ singularis desiderans adipisci, ut ad limina beatorum Apostolorum fonte baptismatis ablueretur; in quo solo didicerat generi humano patere vitę cœlestis introitum. Simul enim sperans, quia mox baptizatus, carne solutus, ad æterna gaudia jam mundus transiret. Quod utrumque ut mente disposuerat, Domino adjuvante, completum est. Etenim illò perveniens, Pontificatum agente Sergio, baptizatus est die sancto Sabbati Paschalis, [anno ab incarnatione Domini sexcentesimo octuagesimo nono,] & in albis adhuc positus, languore correptus, duodecimo Kalendarum Maiarum die solutus est à carne, & beatorum est regno sociatus in cœlis. Cui etiam tempore baptismatis, Papa memoratus * Petri nomen imposuerat, ut beatissimo Apostolorum principi (ad cujus sacratissimum corpus * à finibus terræ pio ductus amore venerat) etiam nominis ipsius consortio jungeretur.

* Sic MSS. sing.

ƿæꞃe ; ⁊ he ƿæs in his cyꞃicean bebyꞃiged. ⁊ se Papa het geƿꞃit on his byꞃigenne aƿꞃitan. ꝥ te in ðam æghƿæþeꞃ ge seo gemynd his ƿilsumnesse þuꞃh ealle ƿoꞃuld fæste aƿunode. ge eac sƿylce ða men ðe ꝥ geƿꞃit ꞃædon. oþþe gehyꞃden. seo byꞃen his dæda to æfæstnesse geleafan onbæꞃnde ;

Qui in ejus quoq; Ecclesia sepultus est; & jubente Pontifice, Epitaphium in ejus monumento scriptū est, in quo & memoria devotionis ipsius fixa per secula maneret, & legentes quoque vel audientes exemplum facti, ad* studium religionis accenderet.

* *Sax.* ad fidei religionem.

[Scriptum est ergò hoc modo:

Culmen, opus, sobolem, pollentia regna, triumphos,
Exuvias, proceres, mœnia, castra, lares;
Quæq; patrum virtus, & quæ congesserat ipse,
Ceadwal armipotens liquit amore Dei.
Ut Petrum, sedémque Petri, Rex cerneret hospes,
Cujus fonte meras sumeret almus aquas.
Splendificúmque jubar radianti carperet haustu,
Ex quo vivificus fulgor ubique fluit.
Percipiénsque alacer rediviva præmia vitæ,
Barbaricam rabiem, nomen & indè suum.
Conversus, convertit ovans, Petrúmque vocari
Sergius antistes jussit, ut ipse pater.
Fonte renascentis,[b] quem Christi gratia purgans,
Protinus ablatum vexit in arce poli.
Mira fides Regis, clementia maxima Christi:
Cujus consilium nullus adire potest.
Sospes enim veniens supremo ex orbe Britanni,
Per varias gentes, per freta, pérque vias,
Urbem Romuleam vidit, templúmque verendum*
Aspexit Petri, mystica dona gerens.
Candidus inter oves Christi sociabilis ibit,
Corpore nam tumulum, mente superna tenet.
Commutasse magis sceptrorum insignia credas,
Quem regnum Christi promeruisse vides.

* [redacted] Romulus inquit, Mea Roma caput orbis terrarum sit, proinde rem militarem colant, sciántq; & ita POSTERIS tradant, nullas opes humanas armis Romanis resistere posse. *Livius lib.* 1.

Hic depositus est Ceadwalla, qui & Petrus, Rex Saxonū, sub die duodecimo Kalendarum Maiarum, indictione secundâ, qui vixit annos plùs minùs triginta, imperante Domino Justiniano piissimo Augusto; anno ejus consulatùs quarto, pontificante Apostolico viro Domino Sergio Papâ, anno secundo.]

Ða Ceadƿalla to Rome feꞃde ða feng æfteꞃ him Ine to ƿestseaxna ꞃice. se ƿæs eac of ðæꞃe cynelican * stꞃynde. ⁊ mid ðy he seofon ⁊ ðꞃittig ƿintꞃa ꞃice hæfde ðæꞃe þeode. he eac sƿylce ꝥ ꞃice foꞃlet ⁊ his * giungꞃum bebead ⁊ to ðæꞃe eadigꞃa Apostola stoƿe feꞃende ƿæs. þa ƿæs Gꞃegoꞃius Papa haten in þa tid ; ƿilnode he on neaƿeste ðaꞃa * eadigꞃa stoƿe to tide on ælþeodignesse ƿunian on eoꞃþan. ꝥ he ðe cuþlicoꞃ fꞃom ðam halgum geeaꞃnode on heofonum onfongen beon.

* gebyꞃdo. B.
* gingꞃum. C.
* haligꞃa. B.

Abeunte autem Romam Ceadwallâ, successit in regnum * Ine, de stirpe Regia, qui cùm triginta & septem annis imperium tenuisset gentis illius, & ipse relicto regno ac junioribus commendato, ad limina beatorum Apostolorū, Gregorio Pontificatum tenente, profectus est. Cupiens in vicinia sanctorum locorum, ad tempus peregrinari in terris, quo familiariùs à sanctis recipi mereretur in

* Ini. *C.* Yne. *T.*

beon. ꝥ ðyꞅꞅum ẏlcum ꞇiꝺum moniᵹe oꝼ Anᵹol cẏnne. æþele ꝛ unæþele. ᵹe lǽpede ᵹe beꞅceoꝑene ᵹe ꝼeꝑneꝺ men ᵹe piꝼmen þiꞅ ᵹeꝼliꞇlice ꝺẏꝺon ;

cœlis. Quod his temporibus plures de gente Anglorum nobiles, ignobilésque, Laici, Clerici, viri ac fœminæ certatim facere consueverunt.

NOTÆ.

[a] Cui [*Regi scil. Ceadwallæ*] tempore baptismatis, Papa--[*Sergius*] PETRI nomen imposuerat--- *Reges baptizatos Romæ, accepisse nomen* Petri, *& Reges quoque monachos jam factos*, * *tonsuram* Petri; *& sacerdotes ipsos vocari* * *sacerdotes* Petri *antiquitates ostendunt. Et quòd ipsa templa Sancti* † Petri *inprimis nomen susciperent, (mitto quòd civitates, ut ad postremum regna) grande aliquod mysterium rei inesse nemo non jure suspicatur : Sed larvam detrahere, ipse S. Paulus docuit, de circumcisis in Mosem locutus, cùm in Christum solum* baptizati *esse debeant*; *Gal.* 2.4. ἵνα *(inquit)* ἡμᾶς καταδουλώσωνται ut nos [*Reges, Sacerdotes, Ecclesias,*] in servitutem redigerent. *Vide pag.* 209. *lin.* 9. *& p.* 257. *l.* 14.

* vide suprà p. 209 lin. 9.

* Scē. Peꞇꞃeꞅ ꝑꞃeoꞅꞇaꞅ. *hoc est* S. Petri sacerdotes. *Miscell. Sax. ad finem Bed. Cott. Sax. pag.* 353. *l.* 13.

† Dunelmens. Ms. pag. 133. col. 2.

[b] Beatissimi Apostolorum principis. [*Sax.* ealꝺoꞃe] *quærant qui velint quare non* ealꝺoꞃmon princeps: *à loco*, 1. *Pet.* 5. 1. Πρεσβυτέρους---παρακαλῶ ὁ συμπρεσβύτερος. *Sed ipse S. Petrus si hic in terris hodie versatus Ecclesiam Christi, propter principatum solius Petri tam miserè laceratam, & in partes undique scissam videret, annon S. Pauli verbis usus, at nomine Petri, in Pauli mutato, exclamaret*, Μὴ Πέτρος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν ἢ εἰς τὸ ὄνομα Πέτρου ἐβαπτίσθητε; *Hinc tantùm non reclamavit principatui, si qui fuit ante obitum suum Petrus, quasi nonnullorum fastum prævidens obtendentium nomen* Petri, *Vicarium* Petri, *successorem* Petri, *& personam* Petri, * *utilitatis gratiâ, admirantium: verùm quid diceret Petrus fingite*; *Egóne solus* Cephas? *hoc est, lapis*, *Christus est*, 1. *Pet.* 2. 4. *ille vivus* lapis. *vel, Egóne solus* lapis *propter fidem? vos quoque credentes* (*v.* 5.) estis vivi lapides. *Vel unde vocatus est S. Petrus in Sacris, Princeps Apostolorum, vel potiùs, ut Rex Aluredus*, ealꝺoꞃe. *Græcam vocem rectè exprimens*, πρεσβύτερος; *nisi quòd* πρεσβυτέρους ὁ συμπρεσβύτερος παρακαλεῖ. *quòd seniores ipse*, unà senior, *& ut* * *Syrus & Arabs*, socius, *hortatus fuerit? Quid quòd illum allocutus sit Christus, Joh.* 21. 15, 17. Pasce oves meas. *Sic* 1. *Pet.* 5. 2. Vos quoque, qui in vobis est, gregem Dei, *sed vers.* 3. Neque ut DOMINANTES in cleris, sed exemplum gregi perhibentes. *Nec obstant elogia quæ Ecclesia nostra, ritè veterrimos secuta, S. Petro tribuit*; *at sine reliquorum Apostolorum honoris, & pacis communis dispendio. Sic ut cætera, Latinè do.*

1. Cor. 1. 13.

* Vide Epist. Judæ, v. 16.

* socius vester.

Dominica de Passione Domini, *Hom.* 34. *p.* 247. *l.* 11.

Ƕpi polꝺe æꝼꞃe ᵹeþaꝼian ꞇeálmihꞇiᵹa pealꝺenꝺ ꝥ hiꞅ ᵹecoꞃena ðeᵹn þe he eallum ᵹeꞅeꞇꞇe ᵹeleaꝼꝼullum leoꝺum laꞃeoꞃ ꝛ hẏꞃꝺe. ꝥ he hine ꝼoꞃ ẏꞃhþe ꞅpa oꝼꞇ piþꞅoce ;

Quî unquam pati voluit Omnipotens gubernator, ut minister electus suus, [Petrus] (*quem omnibus constituit populis fidelibus* Doctorem, Pastorémque,) *illum præ metu toties abnegaret?*

Sic & reliqui discipuli, doctores universales, & hinc pastores quoque.

Domin. de Passione Domini, *p.* 244. *l.* 17.

Spa ꝼela þuꞅenꝺ enᵹla mihꞇon eaþe beꞃeꞃian Cꞃiꞅꞇ piþ ða unmenn. miꝺ heoꝼenlicum pæꝑnum. ᵹiꝼ he ðꞃoꞃian nolꝺe ꞅẏlꝼpẏlleꞅ ꝼoꞃ uꞅ ; Ne he nolꝺe ða ᵹẏꞇ hiꞅ ᵹinᵹꞃena ꝺeaþ. ac heolꝺ hi ꞇo laꞃeoꞃum eallum leoꝺꞅcipum ;

Tot millia angelorum Christi contra paucos, cœlestibus armis facilè defendere potuissent, si suapte sponte pro nobis pati noluisset. Neque discipulorum suorum mortem adhuc voluerat. Verùm illos *in* Doctores omnium nationum *conservavit.*

Et Feria 4. in hebdomada Pascha, p.339. l.13.

Petrus teah þ net to lande. forþam þe him is synderlice betæht heordræden ofer eallum Cristennum mannum. swa swa Drihten him to cwæþ ðriwa; set ðisum ylcan gereorde he cw. Petrus. lufast ðu me? ---- swylce he cwæde; Gif ðu me lufie cyþ þa lufe þe þu to me hæfst minum folce mid ðinre gymene; Witodlice Petrus tyhþ ða geleaffullan of yþigendre sæ ðissere worolde. ⁊ fram flæsclicum lustum to ðære ecan staþolfæstnysse þurh his lare. þurh tacna. þurh þingrædene. þurh mildsunge him forgifenre mihte;

Petrus rete illud ad terram traxit: illi enim singulariter *pastorale munus in Christianos omnes demandatum fuit: sicut illi Christus ter dixit;* Petre, num amas me? — *Quasi dixisset; Si amas me, amorem quem in me habes, illum populis meis curâ tuâ notum facias. Petrus quidem fideles de mari hujus seculi fluctuoso, & à desideriis carnalibus, ad stabilitatem æternam per* doctrinam suam, *per* miracula, *per intercessionem, per misericordiam, concessâ illi potestate eruit.*

Per doctrinam, *inquit, &c. atque iisdem modis reliqui Apostoli sub Christo, qui* doctrinam, *&c. illis æquè atque Petro distribuit. Hujusmodi arma Apostolorum successoribus nemo invidet. Gladii verò potestatem Petro Christum interdixisse, Ecclesia vetus è sacris ità commentatur.*

Dominica De Passione Domini, *pag.245. lin.9.*

Nær Petrus gewunod to ænigre wæpnunge. ac ðær wæron twa swurd sylflice gebrohte to þam wiþerstealle gif hit swa Crist wolde; Ac he forbead þ gewinn mid wordum ðearle. þ nan Godes ðeow ne sceolde on hine sylfne truwian. ne mid wæpnum winnan wiþ woruldlice cempan gif he Cristes fotswaþum fyligan wile;

Petrus haud erat telo alicui assuefactus: Duo verò gladii erant quidem ad resistentiam allati, si ità Christus vellet. Sed ipse contentionem istam verbis vehementer vetuit, quod nemo ministrorum Dei in seipso confidat; neque per arma cum terrestri confligeret milite, si Christi vestigiis insequi voluerit. *Luc.22.38.*

Principatum verò S. Petri in reliquos Apostolos si qui unquam fuerat, non à Christi verbis, sed à solo Apostolorum voto emanasse, docet vetus illa summa Decret. Anacleti Papæ, viz. Cæteri Apostoli cum eodem (*sc. Sancto Petro*) PARI CONSORTIO, HONOREM & POTESTATEM acceperunt, ipsumque (*S. Petrum*) PRINCIPEM eorum esse VOLUERUNT. *Mitto reliqua quæ lucem jam viderant, testimonia.*

Sed qui fit, ut Apostoli principatum Petro Romæ præbuerint, quem ipsi omnes imò & S. Petrus S. Jacobo Hierosolymis adsignarunt? viz. In die sanct. Pentecost.

Eft þa cwæþ Petrus; Hwi gewearþ inc swa. þæt gyt dorston fandian Godes? Heo feoll ðær rihte ⁊ gewat. ⁊ hi man bebyrigde to hire were; Ða wearð micel ege on Godes gelaþunge ⁊ on eallum ðe ðæt geaxodon; Ða Apostoli syþþan ærþan ðe hi to feordon gesetton Jacobum þe wæs gehaten rihtwis on Cristes setle, ⁊ eall seo geleaffulle

*Rursus dixit * Petrus;* Quare vobis sic obtigit, quòd Deum tentare audeatis? Illa jam confestim cecidit, obiitq; eámq; homines juxta virum suum sepelierunt; erátque timor magnus in Ecclesia Dei; & in omnibus qui id cognoverant. *Tunc* Apostoli *priusquam abierant,* *JACOBUM *qui vocabatur* JUSTUS *in* Christi * sedem *locabant, totâque * fidelium Ecclesia*

**Act.5.9,10.*

* *Vide quoq; Euseb. Eccl. hist. lib.1. c.1.*
* *Ergò & S. Petrus.*

gelaþung

gelaþung him gehyrsumode æfter Godes tæcunge; He ða gesætt þ setl þritig geara. ⁊ æfter him Symeon ðæs hælendes mæg;

illi [Jacobo] *juxta doctrinam Dei obsequebantur. In sede ergò illa triginta annos sedebat, & post illum Simeon, Servatoris consanguineus.*

Sufficiat denique veris Catholicis, quòd fidem Petri, cùm illam inprimis quæ creditur, sc. Christum Jesum esse vivum illum Cepham; tum illam etiam quâ in eundem creditur, intemeratam servent. Vide pag. 236. l. 16.

c Quem [*sc. Regem Ceadwallam*] Christi gratia purgans.---- *& vers. ult.* Quem regnum Christi promeruisse vides. *Quem sc. Ceadwallam: nam Ceadwallæ merita sunt Christi gratia. Quæ si ex gratia,* * *tum non ex operibus. Vide Serm. Catholicum* in Letania majore, *pag.* 110. *l.* 20.

* *Rom.* 11. 6.

Vid. etiam MS. Sax. Hom. Coll Trin. pag. 130.

Us is to smeagenne ꝥ word ðe he cƿæþ. ge ðe sind yfele; Yfele ƿe sind. ac ƿe habbaþ godne Fæder; Ƿe habbaþ gehyred urne naman. ge ðe synt yfele; Ac hƿa is ure Fæder? Se ælmihtige God; ⁊ hƿilcera manna Fæder is he? Sputelice hit is gesæd yfelra manna; ⁊ hƿilc is se Fæder? Be ðam ðe is gecƿeden; Nis nan man god. butan Gode anum; Seþe æfre is god. he gebringþ us yfele to godum mannum. gif ƿe bugaþ fram yfele. ⁊ doþ god; God ƿæs se man gesceapen Adam. ac ðurh his agenne cyre. ⁊ deofles tihtinge he ƿearþ yfel. ⁊ eal his ofspring; Seþe synfull bið he bið yfel. ⁊ nan man nis on life butan sumere synne; Ac ure goda Fæder us geclænsaþ. ⁊ hælþ. sƿa sƿa se ƿitega cƿæþ. Drihten gehæl me ⁊ ic beo gehæled. Geheald ðu me ⁊ ic beo gehealden; Seþe god beon ƿile. clypige to ðam ðe æfre is god ꝥ he hine godne geƿyrce;

Nobis verbum illud perpendendum est, quod dixit, Vos mali estis. *Mali sumus; sed Patrem habemus bonum: nomen* * *nostrum audivimus,* vos qui mali estis. *Sed quis est Pater noster? Omnipotens Deus. Et qualis hominum pater est? clarè dicitur, Malorum hominum. & qualis est pater?* [*talis*] *de quo dicitur,* Nemo bonus est præter Deum solum. *Qui semper Deus est, nos malos in homines* bonos *provehit, si declinemus malum; bonúmque faciamus.* Bonus homo erat Adam creatus, sed per proprium arbitrium suum, *&* diaboli seductionem malus factus est, totáque ejus progenies. *Qui peccato pleni sunt, mali sunt:* & nemo est in [*hac*] vita absque aliquo peccato: *sed bonus Pater noster nos purgat, sanátque, prout Propheta ait,* Domine, sana me, & sanabor: salvum me fac, & salvus ero. *Qui* bonus *esse velit, illum invocet qui semper* BONUS *est, ut illum bonum faceret.*

* *nam* man homo, *Sax.* malum *significat: ut è contra,* God, Deus; *significat* bonum.

Jer. 17. 14.

Et Sax. hom. Trin. Coll. in Dominica secunda post Pascha, *pag.* 74. *in verba,* Ego sum pastor bonus.

Micel is Godes mildheortnes ofer man cynne ꝥ he sylf ƿile secan sƿa sƿa us sægþ þis geƿrit his ða tostenctan sceap. ⁊ him sylf geneosian. ⁊ hy gegaderian sƿa sƿa god hyrde deþ of eallum þam stoƿum ðe hy to stencte ƿæron. þu ƿilt losian on leahtrum. ⁊ æthlapan þam hyrde.

Magna est in humanum genus Dei misericordia, ut ipse *nos quæreret, (sicut nobis hæc Scriptura dicit) dispersas oves suas, útque ille ipse visitaret, ipsásque instar boni pastoris, recolligeret, ex omnibus locis ubi erant dissipata.* Tu *perire velis in flagitiis, & à pastore exili-*

ac he þe ƿile gyman ongean to þære eorðe; Betera is Godes ƿilla þe nele þ þu losige. Ðonne þin ƿilla sy. þe ƿilt ði sylf losian;

re: ille *verò te ad peculium denuo lucrari velit.* Melior est voluntas Dei *qui nolit ut pereas, quàm voluntas* tua, *qui te velis perdere.*

*Et hom.*34. *p.*42.*l.*2. Dominica in Septuagesima, *in verba, Tu Deus es susceptor meus, Deus meus, & misericordia mea, lin.* 13.

Nolde he gecigean God mildheortne. ac het hine his mildheortnys ðus cweðende. Min God ⁊ min mildheortnys; ---- Ðu eart min God ⁊ min mildheortnys; Godes mildheortnys us fyligþ. ða ða ƿe ƿel noldon. ða forhradode Godes mildheortnys us þ ƿe* ƿe ƿoldon; Nu ƿe ƿel ƿillaþ us fyligþ Godes mildheortnys þ ure ƿylla idel ne si. He gearcaþ urne godan ƿillan to fultumienne ⁊ he fylst ðam ƿillan gegearcodne;

* *l.* ƿel.

Noluit Deum misericordem vocare; sed nuncupavit illum misericordiam suam. *Sic inquiens,* Deus meus, & misericordia mea. *Et paulò pòst:* Tu es Deus meus, & misericordia mea. Dei misericordia nos anteivit; *& misericordia ejus nos* sequitur, *cùm nos ipsi bene velle nollemus, nos Dei misericordia prævenit, ut bene velle velimus. Nunc cùm bene volumus, Dei nos sequitur misericordia, ut voluntas nostra irrita nè fiat. Præparat *bonam nostram voluntatem, ad auxiliandum, & voluntatem jam præparatam fulcit.*

* *vide Lombard. lib.* 2. *Distinct.* 26. *ex Augustino.*

Et MS. Sax. Trin. Coll. Hom. ad populum, in octavis Pentecost. *pag.* 275. *lin.*11.

Ða cƿæþ eft Johannes be ðam arleasum mannum; Ælc ðæra manna ƿæs aƿorpen into ðam ƿidgillum mere ðær bradan fyres. ðe on ðære liflican bec æror næs aƿriten on þam ecan gemynde. sƿa sƿa þæra halgena naman ðe mid ðam hælende ƿuniaþ. syndon aƿritene on ðære ƿuldorfullan bec. þ is seo forestihtung fram frymþe mid Gode;

Tunc Johannes rursus ait de hominibus istis sceleratis, Quisque istorum hominum in *dehiscens hujus immensi ignis* stagnum projectus est, *illorum scil. qui in libro vitæ, in* æterna [Dei] mente *priùs non scripti erant. Sicut Sanctorum nomina, qui cum Jesu permanent, scripta sunt in illo libro glorioso: hæc est illa* prædestinatio *cum Deo à principio.*

Liber vitæ, mens Dei; æternáque prædestinatio.

Cap. 8.

De obitu Theodori Archiepiscopi.

ÐA ƿæs þy nyhstan geare æfter þam þe Ceadƿalla * æt Rome forþfered ƿæs. þ te ðære eadigan gemynde Ðeodorus Arceb'. eald ⁊ dagena full forþfered ƿæs. þ is ða he hæfde eahta ⁊ hund eahtatig ƿintra; Ðone sylfan ƿim ƿintra hine hæbbende beon. oft he ær his monnum foresæde þ he mid onƿrigenesse his sƿefnes ongeate;

* on. B.

ANno autem post hunc quo Ceadwalla Romæ defunctus est proximo, [id est, sexcentesimo nonagesimo incarnationis Dominicæ] Theodorus beatæ memoriæ Archiepiscopus, senex & plenus dierum, id est, annorum octoginta & octo, defunctus est. Quem se numerum annorum fuisse habiturum, ipse jamdudum somnii revelatione edoctus, suis prædicere

Anno Dom. 690.

Ƿunade

Ƿunade he on biscop hade tƿa ⁊ tƿentig ƿintra. ⁊ ƿæs bebyriged in Sce'. Petres cyricean. in þære ealra ðara biscopa lichoman Contƿara burghe gesette syndon ; Be ðam ætgædere mid þam ylcum efenhletum his hades rihtlice ⁊ soþlice mæg gecƿeden beon. þ te heora lichoman in sibbe bebyrigede syndon. ⁊ heora noma leofaþ ƿide feorh in ecnesse ; ⁊ þ ic hrædlice cƿeþe. þ in þa tid his B'. hades sƿa mycel gastlic freomung ongon beon in Angel cynnes cyricum sƿa næfre ær ðon beon mihte ;

solebat. Mansit autem in Episcopatu annis viginti duobus, sepultúsque est in Ecclesia sancti Petri, in qua omnium Episcoporũ Dorovernensium sunt corpora deposita. De quo unà cum consortibus ejusdem sui gradûs rectè & veraciter dici potest, quia *corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivet in generationes & generationes.* Ut enim breviter dicam, *tantum profectûs spiritalis, tempore præsulatûs illius Anglorum Ecclesiæ, quantum nunquam antea potuere, cœperunt.

[Cujus personam, vitam, ætatem, & obitum, Epitaphium quoque monumenti ipsius, versibus Heroicis triginta & quatuor palam ac lucidè cunctis illò advenientibus pandit. Quorum primi sunt hi:

Hic sacer in tumba pausat cum corpore præsul,
Quem nunc Theodorum lingua Pelasga vocat:
Princeps Pontificum, felix, summúsque sacerdos,
Limpida discipulis dogmata disseruit.

Ultimi autem hi:

Namque diem nonam decimam September habebat,
Cùm carnis claustra spiritus egreditur.
Alma nova scandens felix consortia vitæ,
Civibus angelicis junctus in arce poli.]

NOTÆ.

* Tantum profectûs spiritalis tempore præsulatûs illius [*scil. Theodori Cantuariensis*] Anglorum Ecclesiæ, quantum nunquam antea potuere, cœperunt. *Nam hujus, & Adriani Abbatis excultissimâ eruditione & industriâ,* *congregatâ discipulorum catervâ, scientiæ salutaris quotidie flumina in rigandis *Anglorum* cordibus emanabant. *Neque illâ apud gentem nostram ætate, Theologiam, Dei notitiam, in abditis Monasteriorum paucorum penetralibus reconditam latere, passus est Theodorus; sed & in villas quasque per omnes gentis hujus angulos disseminatas, circumferri, & ibidem ex illo usque tempore singulari Dei beneficio commorari providissimè curavit. Nam ut MS. Codex Cantuariensis Aulæ Trin. pag.* 46. Excitabat *Theodorus Archiepiscopus*, fidelium devotionem & voluntatem in quarumlibet provinciarum civitatibus, nec non villis, Ecclesias fabricandi, *Parochias distinguendi, assensus regios procurando: ut si qui sufficientes essent, & ad Dei honorem pro voto haberent, super proprium fundum Ecclesias construere, earundem perpetuo patronatu gauderent.— Hoc autem factum est, ut tenellæ adhuc Ecclesiæ Anglicanæ structura celerius posset esse perfecta. *Hactenus MS.*

* *Vide suprà pag. 258. l. 47.*

* *Paroeciarum in Anglia distinctio*

CAP.

Cap. 9.

Ut Theodoro defuncto, Archiepiscopatûs gradum Berhtwald susceperit; & inter plurimos quos ordinavit, etiam Tobiam, virum doctissimum Rosensis Ecclesiæ fecerit Antistitem.

*Berhtwald. C.

Ða feng æfter Ðeodore * Brihtwald to þam biscop hade. se wæs Abbud in þam mynstre ðe is Reaculf nemned; Wæs se wer in wisdome gewrita wel gelæred. ge eac somod in cyriclicum þeodscipum ⁊ in mynsterlicum healice intimbred. þeah þe he no si his foregengan to wiþmetenne; Wæs he gecoren in B'. had þy ærestan dæge Julius monþes. wæron þa Wihtred ⁊ Swæfheard cyningas on Cent; Wæs he gehalgod ðy æfteran geare ðy ðriddan dæge Kalendarū Juliarum. wæs se drihtenlica dæg. from Godwine ealdor B'. Gallia rices. ⁊ he sæt on his setle on Cent ærran dæge Kalendarum Septembrium. [*drihtenlican dæge;] Ða Gefmund þære cyricean B'. æt Hrofes ceastre forþferde. ða gehalgode he eac swylce betwih monige biscopas Tobiam for hine to B'. se wer wæs on Ledennisc gereorde. ⁊ on Grecisc. [*⁊ in Englisc] micellice intimbred ⁊ wel gelæred;

*Sic MS. B. & C. ut Lat.

*Sic MS. B. & C. ut Lat.

Successit autem Theodoro in Episcopatum Berhtwald, qui erat Abbas in monasterio [quondam juxta ostium aquilonare fluminis Genlade positum,] Racvulf nuncupatur. Vir & ipse scientiâ Scripturarum imbutus, & Ecclesiasticis simul ac monasterialibus disciplinis summè instructus; tametsi prędecessori suo minimè comparandus. Qui electus est quidem in Episcopatum [anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo nonagesimo secundo:] die primo mensis Julii, regnantibus in Cantia * Victredo & Suebhardo. Ordinatus autem anno sequente, tertio die Kalendarum Juliarum, dominicâ, à Godwino Metropolitano Episcopo Galliarum, & sedit in sede sua pridie Kalendarum Septembrium dominicâ. Qui inter multos quos ordinavit antistites, etiam Gebmundo Rofensis Ecclesiæ præsule defuncto, Tobiam pro illo consecravit, virum Latinâ, Græcâ, & Saxonicâ linguâ, atque eruditione multipliciter instructum.

Anno Dom. 692.

*C. Withredo. T.

Cap. 10.

Ut Ecgberht vir sanctus, ad prædicandum in Germaniam venire voluerit, nec valuerit: porrò Victberctht adveniret quidem, sed quia nec ipse aliquid profecisset, rursus in Hiberniam, unde venerat, redierit.

*Mæsse Preost B.

Ðære tide se arwurþa Cristes ðeow ⁊ * sacerd Ecgbyrht se halga þone ðe we ær beforan sædon. þ he in Hibernia ðam ealonde in ælþeodignesse lifde for þam ecan eþle in heofonum to begitanne. foresette he ⁊ ðohte on his mode. þ he wolde monigum bryttian. þ is þ he wolde þ Apostolice weorc onhyrian. sumum ðara þeoda

Eo tempore venerabilis [& cum omni honorificentia nominandus] famulus Christi & sacerdos Ecgberht, (quem in Hibernia insula peregrinam ducere vitam, pro adipiscenda in cœlis patria, retulimus) proposuit animo pluribus prodesse, id est, *inito opere Apostolico, VERBUM DEI

ðeoda Godes ƿord ⁊ godspel læran ⁊ bodian. þam ðe hit ða gyt ne gehyrdon; Ðara cynna monige he ƿiste on Germanie ƿeran ðanon Engle ⁊ Seaxan cumene ƿæron. þe nu on Breotone eardiaþ; Ƿæron Frysan. Rugine. Dene. Hune. eald Seaxan *Boructƿare. ƿæron eac oðer folc monig on ðam ylcan dælum ða gyt hæþenum ðeaƿum þeoƿiende. to ðam se foresprecena Cristes cempa ymb liþende Breotone utan cuman ƿolde. gif ƿen ðære ꝥ he ðær hƿylce mihte deofle oþgripan ⁊ to Criste gecyrran. oþþe gif ꝥ beon ne mihte þohte ꝥ he ƿolde Rome gesecan. ⁊ þa halgan stoƿe ðara eadigra Apostola ⁊ Cristes martyra geseon. ⁊ him ðær *gebiddan. ac him ða upplican onƿrigennesse ⁊ ƿeorc somod ƿiþstodon. ꝥ he no hƿæþer þyssa gefremede ne ðurhteah; Ða geceas he him geferan ða þe ægðer ge on heora dædum ge on heora gelæredonesse frome ⁊ scearpe ƿæron Godes ƿord to bodienne ⁊ to lærenne ⁊ ealle þa ðing gegearƿade ða ðe scypliðendum nyðþearflicu geseƿen ƿæron; Ða com sume dæge on ær morgen to him an ðara broðra se ƿæs iu on Brytene Boisles discipul ⁊ ðeng Gode ðæs leofan sacerdes; Mid ðy he ða se ylca Boisel ƿæs reogolƿeard ðæs mynstres on Mailros. under Eatan ðam Abbude sƿa sƿa ƿe beforan sædon. sæde him his gesihþe seo him ðære ylcan nihte ætyƿde. Cƿ. he: Mid ðy ƿe gefylled hæfdon urne uhtsang ⁊ ure gebeda ⁊ ic mine leomu on bed gesette. ⁊ me leoht slæp oferarn ða ætyƿde me min *iu magister ⁊ fester fæder. min se leofesta Boisel ⁊ me frægn hƿæþer ic hine ongitan mihte. Gea cƿ. ic. ðu eart min Boisel. Cƿ. he to ðon. Ic com

* Boructuare. B.

* bodigan. B.

* geo. C

aliquibus earum, quæ nondum audierant gentibus, evangelizando committere. Quarum in Germania plurimas noverat esse nationes, à quibus Angli, vel Saxones qui nunc Britanniam incolunt, genus & originem duxisse noscuntur. [Unde hactenus à vicina gente Britonum corruptè Germani nuncupantur.] Sunt autem Fresones, Rugini, * Dani, Hunni; antiqui Saxones, Boructuarii: Sunt etiam alii perplures iisdem in partibus populi, paganis adhuc ritibus servientes, ad quos venire præfatus Christi miles circumnavigatâ Britanniâ disposuit, siquos fortè ex illis ereptos Satanæ, ad CHRISTUM transferre valeret. Vel si hoc fieri non posset, Romam venire, ad videnda atq; adoranda beatorum Apostolorum ac martyrum Christi limina, cogitavit. Sed nè aliquid horum perficeret, superna illi oracula, simul & opera restiterunt. Siquidem electis sociis strenuissimis, & ad predicandum verbum * idoneis, utpote actione simul & eruditione præclaris, præparatis omnibus, quæ navigantibus esse necessaria videbantur, venit die quadam manè primo ad eum unus de fratribus, discipulus quondam in Britannia, & minister Deo dilecti sacerdotis Boisili. Cùm esset idem Boisil præpositus monasterii * Mailrosensis sub Abbate Eata, ut suprà narravimus, referens ei visionem, quæ sibi eadem nocte apparuisset: Cùm expletis (inquiens) hymnis matutinalibus in * lectulo membra * deposuissem, ac levis mihi somnus obrepsisset, apparuit magister quondam meus, & nutritor amantissimus Boisil, interrogavitque me, an eum cognoscere possem; aio, Etiam: tu es enim

* Danai. F. & c.

* Sax. Verbum Dei.

* Mailronensis. T. & c.

* Sic MS. sing.

* posuissem. W. & C.

hider ꝥ ic sceolde Drihtnes hælendes ærende Ecbyrhte bringan ꝥ ðu hƿæðere scealt him secgean 7 cyþan; Saga him forsoþ ꝥ he ne mæg þone siþfæt gefyllan ðe he gemynted hafað; Forþon ðe Godes ƿilla is. ꝥ to Columban mynstre he ma *fare 7 lære; Ƿæs se Columba se ærest lareoƿ ðæs cristenan geleafan on þam morlandum ða þe ƿyndon to norþdæle Pehta rices. 7 he ærest getimbrade. 7 gestaðelade ꝥ mynster ꝥ on Hii ðam ealonde monigum folcum *Pehta 7 Scotta lange arƿyrþe aƿunode. ƿæs ꝥ se ylca Columba þe Scottas syþþan Columcylle nemdon; Ða Ecbyrht ða gehyrde ða ƿord ðysse gesyhþe. þa bebead he ðam breþer ꝥ he nænigum oþrum men ne sæde ða gesyhþe. cƿ. ꝥ hit eaþe beon mihte. ꝥ him ðurh byrmƿunge ætyƿed ƿære. hƿæþere he þa ƿisan sƿigende sceaƿode 7 ondred ꝥ hi soþ ƿære. ne he ohte ðy ma blan fram *gearƿunge ðæs siþfætes. ðe he feran ƿolde ðeode to læranne; 7 æfter feaum dagum eft com se foresprecena broþor to him. 7 him sæde ꝥ ðære ilcan nihte him *Boisel ðurh gesihþe ætyƿde. æfter ðon ðe uhtsang gefylled ƿæs. 7 him cƿ. to. For hƿon sæderst ðu Ecgbyrhte sƿa gemeleaslice 7 sƿa *plætlice ða ðing ðe ic ðe bebead him to secganne. ac gang nu 7 saga him sƿa he ƿille sƿa he nelle he sceal to Columban mynstre cuman. forþon ðe heora sylh unrihte gangeþ. ac he ða sceal to rihtre stige geteon; Ða he ða þas ƿord gehyrde. ða bebead he eft ðam breþer ꝥ he nænigum ma openade ne cyþde. 7 ðeah þe he ƿis geƿorden ƿære ðurh ða ætyƿnesse ðære gesihþe. nohƿæðre ðon læs he his fore gearƿode mid ðam gemynegodan broþrum; Mid ðy hi ða ꝥ scyp gehlæsted hæfdon mid þam

* fore to lærenne. B. & C.

* Peohta. B.

sceaƿunge. C.

* *Sic Mss. B. & C.*

* pæclice. B.

Boisil. At ille: Ad hoc, inquit, veni ut responsum Domini Salvatoris Ecgberhto afferam, quòd te tamen referente, oportet ad illum venire. Dic ergò illi, quia non valet iter quod proposuit implere. Dei enim voluntas est, ut ad Columbæ monasteria magis docenda pergat. Erat autem Columba primus doctor FIDEI CHRISTIANÆ transmontanis Pictis ad Aquilonem, primúsque fundator monasterii, quod in Hii insula, multis diu Scotorum Pictorúmque populis venerabile mansit. Qui videlicet Columba nunc à nonnullis [composito (à cella, & Columba) nomine,] *Columcelli vocatur. Audiens autem verba visionis Ecgberht, præcepit fratri qui retulerat, nè cuiquam hæc alteri referret, nè fortè illusoria esset visio. Ipse autem tacitus rem considerans, veracem esse timebat: Nec tamen à parando itinere, quo ad gentes docendas iret, cessare volebat. At post paucos dies, rursum venit ad eum præfatus frater, dicens, [quia & eâ nocte sibi post expletas matutinas Boisil per visum apparuerit, dicens,] Quare tam negligenter ac tepidè dixisti Ecgberhto, quæ tibi dicenda præcepi? At nunc vade & dic illi, Quia velit nolit, debet ad monasteria Columbæ venire, quia aratra eorum non rectè incedunt: Oportet autem eum ad rectum hæc tramitem revocare. Qui hæc audiens, denuo præcepit fratri, nè hæc * cui patefaceret. Ipse verò tametsi certus est factus de visione, nihilominus tentavit iter dispositum cum fratribus memoratis incipere. Cúmque jam navi imposuissent quæ tanti itineris ne-

* Columcille. *VV.* Columcella. *T.*

* *Sic VV. & C.* alicui. *T.*

ðam ðingum ðe swa mycles siþfætes nyd abædde. ⁊ hi monige dagas winde ⁊ gewidor abidon ða wæs sumre nihte geworden swa grim storm ⁊ swa reðe. þ of miclum dæle þa þing to lose wurdon ðe on ðam scype wæron. ⁊ þ scyp * for betwih ða yða on sidan licgende ; Ða oncneow se Godes man þ he feran ne moste. ⁊ cw. þ ðæs storm wæs for me cumen ⁊ sended. ⁊ he hine ofteah ðære fore. ⁊ unwot ham ferde ; ⁊ hwæþere an his geferena wæs Wihtbyrht haten. se wæs middan geard forhicgende. ⁊ he wæs on wisdome godcundre lare mære ⁊ he monig gear on Hibernia ellþeodig ancor lif dyde on mycelre fullfremednesse ; Ða stah he on scip ⁊ com on Frysena land ⁊ tu gear singal ðære deode. ⁊ Redbede heora cyninge hælo word bodode ⁊ lærde ; Ne he hwæþere ænigne wæstm swa miceles gewinnes mid ðam ellreordum gemetan mihte. ða hwearf he eft to ðære leofan stowe his ellþeodignesse. ⁊ on ðære gewunelican stilnesse Drihtne * lifde ; ⁊ forþam ðe he ða utlican to geleafan bringan ne mihte. he ða his geferum ma of his mægna byrenum * brycian gymde ;

* forlet. B. & C.

* þeowode. B.

* brucanne. C.

cessitas poscebat, atque opportunos aliquot diebus ventos expectarent, facta est nocte quadam tam sæva tempestas, quæ, perditis nonnulla ex parte his quæ in navi erant rebus, ipsam in latus jacentem inter undas relinqueret. Salvata sunt tamen omnia quæ erant Ecgberhti & sociorum ejus. Tum * ille [quasi propheticum] illud dicens, quia propter me est tempestas hæc, subtraxit se illi profectioni, & remanere domi passus est. At verò unus de sociis ejus vocabulo * Victbercht, cùm esset & ipse contemptu mundi, ac doctrinæ scientiâ insignis (nam multos annos in Hibernia peregrinus anachoreticam, in magna perfectione, vitam egerat;) ascendit navem, & Fresiam perveniens, duobus annis continuis genti illi ac Regi illius Rathbedo VERBUM SALUTIS prædicabat. Neque aliquem tanti laboris fructum apud Barbaros invenit auditores. Tum reversus ad dilectæ locum peregrinationis, solito in silentio Domino vacare cœpit. Et quoniam externis prodesse ad fidem non poterat, suis ampliùs ex virtutum exemplis prodesse curabat.

* *Sax.* tunc novit vir Dei, &c.

* Wicberct. *W.* Wibertus. *T.*

NOTÆ.

Sægde þam cyninge se wæs on halgum gewritum se gelæredesta. & he swa lustlice & swa geornfullice wæs swam him gehyred. þ he on þ gemyngade mynster mid his bene in geeode wæs. & on munuc hade bescoren. & ðonne se cyning on ða dælas ðæs landes becom. þ he gelomlice wæs to him gangende þ he wolde his word & his gesægena gehyran; & on þam mynstre wæs on ða tid æfæstes lifes & gemetfæstes Abbad & Mæsse Preost Æþelwold haten. se eft æfter ðon þ B. setl ercenwyrþe dædum his hades. ðære cyricean æt Lindesfarena ea wæs. & heold; Onfeng he se Godes man on þam ylcan mynstre *digle stowe & wunanesse. þ he ðær mihte *freorlice on singalum gebedum his scyppend herian & ðeowian; & forþon seo stow [illegible] streames wæs geseted. wæs his gewuna for ðære miclan lufan his lichoman clænsunge. þ he gelomlice on ðone streame eode & ðær on sealm sange & on gebedum stod [illegible] hwilum of midde [illegible] oþ þone sweoran; & hine on þam streame sencte & [illegible] swa lange swa he geseþen wæs þ he awæfnan mihte; & þonne he þanon gangende wæs to londe. næfre he his ða wætan hrægel & ða cealdan *awettan wolde. oþþæt hi of his sylfes lichoman gewearmedon. & adrugedon; Mid ðy he on wintres tide ymb hine flowende ðam *styccum healf brocenra isa. ða he sylfa oft gebræc & geseande. þ he stowe hæfde on ðam streame to stondenne hine to besencanne; Cwædon him men to ða ðe þ gesawon. hwæt þ is wunder broþor Dryhthelm. wæs þ ðæs weres nama. þ ðu swa micle reþnesse cyles ænige wihte awæfnan mihte.

*deahle C.
*freolice. B.
*gedrigan. B.
*sticce hlaf brocenra hisa. C.

agnitionem pervenere, quæ de his pauca perstrinximus. Narrabat autem visiones suas etiam *regi Alfrido, viro undecunque doctissimo, & tam libenter támque studiosè ab illo auditus est, ut ejus rogatu in monasterio suprà memorato inditus, ac monachicâ sit tonsurâ coronatus; atque ad eum audiendum sæpissimè, cùm illas in partes devenisset, accederet. Cui videlicet monasterio, tempore illo, religiosę ac modestę vitę Abbas & presbyter Ædilwald præerat, qui nunc Episcopalem Lindisfarnensis Ecclesiæ cathedram condignis gradu actibus servat. Accepit autem in eodem monasterio locum mansionis secretiorem, ubi liberiùs continuis in orationibus famulatui sui conditoris vacaret. Et quia locus ipse super ripam fluminis erat situs, solebat huc creber ob magnum castigandi corporis affectum ingredi, ac sæpiùs in eo supermeantibus undis immergi, sicque ibidem quamdiu sustinere posse videbatur, psalmis vel precibus insistere, fixúsq; manens, ascendente aquâ fluminis usque ad lumbos aliquando, & usque ad collum, atque indè egressus ad terram, nunquam ipsa vestimenta uda vel algida deponere curabat, donec ex suo corpore calefierent & siccarentur. Cumque tempore hyemali defluentibus circa eum semifractarum crustis glaciarum, quas & ipse aliquando contriverat, quo haberet locum standi sive immergendi se in fluvio, dicerentq; qui videbant, Mirum frater Drithelme (hoc enim erat viro nomen) quòd tantam frigoris asperitatem ullâ ratione tolerare prævales? Respon-

* *Sax.* Rex Aldfridus, in sacris Scripturis doctissimus.

⁊ swarede he bilehwitlice forþon he wæs bylehwitre gleawnesse ⁊ gemetfæstre gecynde man. cw. he. Cealdran ic geseah ⁊ mid þy hi cwædon þ þ is wundor þ þu swa reþe forhæfednesse ⁊ swa hearde habban wylt. ⁊ swarede he heardran ⁊ reþran ic geseah. ⁊ he swa oþ þone dæg his gecigednesse of middan gearde. mid ungeswencedlice lyste heofonlicra goda. Þone ealdan lichoman betwih dæghwamlicum fæstene swencte ⁊ temede. ⁊ he monigum monnum ge on wordum ge on his lifes bysene on hælo wæs;

debat ille simpliciter, (erat namq; homo simplicis ingenii ac moderatæ naturæ:) Frigidiora ego vidi. Et cum dicerent, Mirum quòd tam austeram tenere continentiam velis: Respondebat: Austeriora ego vidi. Sicque usque ad diem suę vocationis infatigabili cœlestium bonorum desiderio, corpus senile inter quotidiana jejunia domabat, multísque & verbo & conversatione saluti fuit.

NOTÆ.

• Multa *de sedibus defunctorum*, memoratu digna quæ viderat *Drithelmus*, narravit, *atque hac veteri Ecclesia* * *Romano-Saxonica, unà cum Fursai visione quotannis recitata, non sine stupore legimus*: Unum latus vallis flammis ferventibus nimium terribile, alterum furenti grandine ac frigore nimium omnia perflante:— *Et paulò pòst, de eodem loco*, Non enim hic est ille quem putas infernus. *Quid tum? Respondet infrà*, Vallis illa quam aspexisti flammis ferventibus, & frigoribus horrenda rigidis, ipse est locus in quo examinandæ, & castigandæ sunt animæ:— *Locus ille, ut antè, non est infernus: Purgatorium igitur: Sed tale quidem, quale Ecclesia* * *Romana haud defendit: Nam ipsi Tridentini hujusmodi esse non definiunt; nec quale sit definiunt omnino*, purgatorium esse, *asserere contenti: Et qui ignem statuunt purgatorium esse, ad quem demum locum*, lacus illud alterum furenti grandine ac frigore nivium omnia perflante, non minùs intolerabile, *referendum philosophantur? Videamus talem purgatorii locum in sacra pagina descriptum, patribus deinde & Conciliis explicatum. Sed audiantur Tridentini ibidem.* Sanam, *inquiunt*, de Purgatorio doctrinam à sanctis Patribus, & sacris Conciliis (*non autem, Scripturis*) traditam, à Christi fidelibus credi, teneri, doceri, & ubique prædicari diligenter studeant. *Ubi apertè insinuant, necessum esse in hac aliqua de purgatorio doctrina, tantùm prædicando, coram populo explicandum* (*cùm de hac re Scriptura sileant*) *sententiam è Patribus, & Conciliis.* Sanam *verè* de purgatorio doctrinam & sancti Patres, & sacra Concilia *è sacris Scripturis tradant; aut frustrà phantasiis de purgatorio fideles urgentur. Patres hodiernum purgatorium non docuisse, satis superque demonstrat* * *RR. Armachanus: Nec doctrinam, de purgatorio aliunde traditam, nisi sanam, tam vehementer premunt Tridentini: nam sanam, de quavis re, licèt sileat, doctrinam, nos quoque amplectimur. Sed vellisimè ibidem Concilium de purgatorio, atque hoc unicum sufficiat.* Apud rudem plebem difficiliores ac subtiliores quæstiones, quæque ad ÆDIFICATIONEM populi non faciunt—à popularibus concionibus secludantur: INCERTA, item, vel quæ specie FALSI laborant, evulgari & tractari non permittant. Ea verò quæ ad CURIOSITATEM quandam, aut SUPERSTITIONEM spectant, *vel* turpe LUCRUM sapiunt, tanquam SCANDALA, & fidelium OFFENDICULA prohibeant. *Quibus verbis, ab hoc quippe Concilio prolatis, nihil commodius dici potuit; sed ad examen reducantur, ad expurgandum plenè, de quo contenditur, exhauriendúmque purgatorium. Verùm Missis iis quæ in* legendis *sanctorum, fidem absque* verbo Dei, *nè dogmaticam quidem, multò minùs Catholicam ornant, ad ipsam* Fidei Catholicæ *normam perantiquam, ubi de purgatorio silentium altum est, recurramus. Sit, nè desim Lectoribus;*

Latinè transfero.

* Serm. Cath. p. 388. & hom. 51. p. 440.

* Concil. Trid. sess. nona.

* contra Jesuit. Hibern.

De Fide Catholica: *cætera ab initio vide pag. 41.*

Ærest Crist þurh hine sylfne. dumbe ⁊ deafe. healte ⁊ blinde. wode ⁊ hreoflige gehælde. ⁊

Primò, per seipsum Christus, mutum & surdum, claudum & cæcum, lunaticum & leprosum sanavit: mor-

Ða

ða deadan to life arærde syþþan ðurh his Apostolas. 7 oþre halige men. ðas ylcan wundra geworhte. nu eac on urum timan gehwær ðær halige men hi restaþ æt heora deadum banum God wyrcþ fela wundra. to ði ꝥ he wile folces geleafan mid ðam wundrum getrymman; Ne wyrcþ God na ðas wundra æt nanes Judeisces mannes byrgene ne æt nanes oþres gedwolan ac æt riht gelyfedra manna byrgenum. ða ðe gelyfdon on þa halgan þrynnysse. 7 on soðe annysse anre godcundnysse; Wite gehwa eac ꝥ nan man ne mot beon twywa gefullod. ac gif se man æfter his fulluhte aslide. we gelyfaþ ꝥ he mæge beon gehealden gif he his synna mid wope behreowsað. 7 be lareowa tæcunge hi gebet; We sceolon gelyfan ꝥ ælces mannes sawul biþ þurh God gesceapen. ac hwæþere heo ne biþ na of Godes agenum gecynde; Ðæs mannes lichaman. an timber biþ of þam Fæder 7 of þære meder. ac God gescypþ þone lichaman of þam an timbre; 7 asent on þone lichaman sawle; biþ seo sawul na hwar wunigende ær or. ac God hi gescypþ þær rihte. 7 besett on ðone lichaman. 7 læt hi habban agenne cyre. swa heo syngige swa heo synna forbuge; Ðeah hwæþere heo behofaþ æfre Godes fultumes. ꝥ heo mæge synna forbugā. 7 eft to hyre scyppende gecuman þurh gode geearnunge. forþon þe nan man ne deþ butan Gode nan þing to gode; Eac we sceolon gelyfan ꝥ ælc lichama ðe sawle underfeng sceal arisan on domes dæg. mid ðam ylcum lichaman ðe he nu hæfþ. 7 sceal onfon edlean ealra his dæda; Ðonne habbaþ ða godan ece lif mid Gode. 7 he syld þa mede ælcum be his geearnungum; Ða synfullan beoþ on helle wite á. ðrowigende. 7 heora wite biþ eac gemetegod ælcum be his geearnun-

tuósque ad vitam excitavit. Postea per Apostolos suos, aliósque sanctos homines eadem miracula patravit: nunc etiam, temporibus nostris, alicubi, ubi sancti homines quiescunt, apud ossa ipsorum mortua * *miracula multa Deus operatur, in hoc, ut possit fidem populi miraculis perficere. Hæc miracula non operatur Deus apud ullius Judæi, ulliúsve hæretici alterius sepulcrum; sed ad orthodoxorum hominum sepulcra; qui in sanctam Trinitatem, verámque unicæ Divinitatis unitatem credebant. Quisque etiam sciat, neminem* * *bis posse baptizari: Sin verò quis post baptismum lapsus fuerit, credimus quòd salvari posset, si peccata sua cum fletu fugiat, &* juxta doctorum institutionem *corrigat. Credere debemus cujusque animam à Deo, non tamen ab ipsa Dei natura propria formari: humani corporis materia à patre & matre est: verùm Deus de materia illa corpus procreat; inque corpus illud animam mittit: neque ullibi anima priùs mansit; illam verò Deus ibi rectà creat & sistit in corpore, propriúmque illam arbitrium habere sinit; ità ut peccet, vel peccata* * *fugiat. Veruntamen* auxilio Dei *semper indiget, ut peccata fugiat, & per bona merita ad Creatorem suum redeat: nemo enim absque Deo, quid boni operatur: Debemus etiam credere, omne corpus quod animam suscipit, in die judicii cum eodem, quod nunc habet corpore, resurrecturum: omniúmque operum suorum mercedem accepturum. Boni tunc cum Deo æternam vitam habebunt: & singulis mercedem, se*cundùm *merita sua tribuet: flagitiosi autem in æterna pœna erunt semper passuri. Et illorum etiam pœna cunctis,* secundùm *merita sua,*

* *pia credulitas.*

* *rebaptizatiò prohibita.*

* *non per proprium arbitrium sed per auxilium Dei.*

earnungum ; Uton forþi ge-earnian ꝥ ece lif mid Gode. þurh ðisne geleafan ⁊ þurh gode ge-earnunga. se þe þurhƿunaþ on ðrynnysse an ælmihtig God. áá on ecnysse. Amen ;

adæquabitur. Nos ergò vitam illam cum Deo *æternam, per hanc* * *fidem, pérque* † *merita bona operemur : qui permanet in Trinitate Deus unus omnipotens, semper in secula. Amen.*

* *per hanc sc. absque fide purgatorii.*
† *non pro meritis.*

Hæc quoque quæ subsequuntur, necessaria fidei Catholicæ præcepta, quæ tacent purgatorium, una cum Latina versione mea subnectere visum est. Serm. Cathol. pag. 507. *in xl.* De Pœnitentia. *in xl. hoc est, in Quadragesima.*

Ælc man biþ gefullod on naman ðære halgan þrynnysse ⁊ he ne mot na beon eft gefullod. ꝥ ne sy forsewen ðære halgan þrynnysse to clypung. ac seo soþe behreowsung ⁊ dædbot mid geswicenysse yfeles us aþƿehð eft fram ðam synnum þe we æfter urum fulluhte [illegible]. Se mildheorta God [illegible] eallum synfullum [illegible] ƿord swiþe fremfulle. *Declina* [illegible] *malo, & fac bonum.* ꝥ is [illegible] yfele ⁊ do god ; Nis na genoh ꝥ ðu fram yfele buge. buton þu symle be ðinre mæþe god gefremme ; Dædbot mid geswicennysse yfeles ⁊ ælmysdæda ⁊ halige gebedu. ⁊ geleafa. ⁊ hiht on Gode ⁊ seo soþe lufu Godes and manna gehælaþ ⁊ [illegible] ure synna. gif ƿe ða læcedomas geornlice begaþ ; God cƿæþ ꝥ he nolde ðæs synfullan deað. ac he ƿile sƿiþor ꝥ he gecyrre fram his synnum ⁊ libbe ; Eft cƿæð se ælmihtiga God ; Gif se arleasa. ⁊ se synfulla ƿyrcþ dædbote ealra his synna. ⁊ hylt ealle mine beboda. ⁊ rihtƿisnysse begæþ. he leofaþ ⁊ ne sƿelt na yfelum deaþe. ⁊ ic ne gemune nanra his synna ðe he gefremode ; Nis nan leahter sƿa healic ꝥ man ne mæge gebetan. gif he yfeles geswicþ. ⁊ mid soþre behreoƿsunge his gyltas be lareoƿa tæcunge behreoƿsaþ ; Se man ðe ƿile his synna beƿepan ⁊ ƿið God gebetan. þonne mot he geornlice ƿarnian ꝥ he eft þam yfelum dædum ne geedlæce ; Se man ðe æfter dædbote his manfullan

Omnis homo in nomine sanctæ Trinitatis baptizatur : nec potuit ille rebaptizari, nè sancta Trinitatis invocatio despectui habeatur: quin veris gemitus, factique emendatio, cum cessatione mali, nos denuo à peccatis, quæ post baptismum nostrum perpetravimus, diluit. Misericors Deus de peccatoribus omnibus duo verba dixit perquàm salubria, Declina à malo, & fac bonum : *non sufficit ut à malo declines, nisi tu semper pro modulo tuo, bonum perficias. Facti emendatio, cum cessatione mali, & eleemosyna, sanctæq;* [illegible] *quaque Deum spes &* [illegible] *charitas* [illegible] *sanat, & medetur; si* [illegible] *studiosè utamur.* Deus [illegible] mortem peccatoris [illegible] à peccatis suis convertatur [illegible] vivat. *Rursus inquit omnipotens Deus,* Si improbus & facinorosus peccatorum suorum omnium emendationem fuerit operatus, & mandata mea omnia tenuerit, & justitiam exercuerit, vivet ille, & morte malâ non peribit: neque ego ulla peccatorum suorum, quæ perpetravit, recordabor. *Nullum flagitium tam capitale est, quod homo haud possit corrigere, si à malo cessaverit, & cum vero* luctu, *reatus suos juxtà doctorum institutionem,* lugeat. *Quisquis peccata sua deflere velit, & apud Deum emendare ; solicitè quidem caveat, nè isthæc malefacta denuo repetat. Quisquis post facti emendationem opera sua facinorosa*

Isa. 1.16,17.

* Sax. *medicinalia consilia. Ezech.* 18.21, 22.

fullan dæda geedniƿaþ. se gegremaþ God. ⁊ he biþ þam hunde gelic þe spiƿþ ⁊ eft ett ꝥ ꝥ he ær asƿap. Ne nan man ne sceal elcian. ꝥ he his synna gebete. forðan ðe God behet ælcum behreoƿsigendum his synna forgifenysse. ac he ne behet nanum elcigendū gesis lif oþ mergen. Ne sceamige nanum menn ꝥ he anum lareoƿe his gyltas cyþe forþan ƿese nele his synna on þissere ƿoruld andettan mid soþre behreoƿsunge him sceal sceamian ætforan Gode ælmihtigum. ⁊ ætforan his engla ƿerodū. ⁊ ætforan eallum mannum. ⁊ ætforan eallum deoflum. æt þam miclum dome ðær ƿe ealle gegaderode beoþ. Ðær beoþ cuþe ure ealra dæda eallum þam ƿerodum. ⁊ seþe nu ne mæg his gyltas forsceame anum men geandettan him sceal sceamian ðonne ætforan heofenƿarum. ⁊ eorþƿarum. ⁊ helƿarum. ⁊ seo sceamu him bið endeleas. Ƿitodlice ne begyt nan man his synna forgifenysse æt Gode buton he hi sumum Godes men geandette ⁊ be his dome gebete. Se man þe ƿile his synna geandettan ⁊ gebetan. he sceal don þonne forgifenysse eallum þam mannum ðe him ær abulgon sƿa sƿa hit stent on ðam Pater noster. ⁊ sƿa sƿa Crist cƿæþ on his godspelle. He cƿæþ. Buton ge forgifon þam mannū þe eoƿ agyltaþ mid inneƿeardre heortā. nele se heofenlica Fæder eoƿ forgyfan eoƿre gyltas. Ælc Cristen man sceal cunnan his Pater noster ⁊ his credan. Mid þam Pater noster he sceal hine gebiddan. ⁊ mid þam credan he sceal his geleafan getrymman. Se la- lareoƿ sceall secgan þam læƿedum mannum ꝥ angit to þam Pater noster ⁊ to þam credan. ꝥ hi ƿiton hƿæt hi biddon æt Gode. ⁊ hu hi sceolon on God gelyfan. Be ðysum ƿe habbaþ on oþþre stoƿe aƿriten. ƿæde seþe ƿylle. Ðeah hƿæþere ƿe secgaþ

renovet, Deum concitat; eritque cani, qui evomuit, similis; quique id quod prius evomuit, postea comedit. Nemo hominum differat sua corrigere peccata; quoniam Deus cunctis peccata sua lugentibus indulgentiam promisit; promisit vero nullis differentibus, vitæ in crastinum certitudinem. Neminem pudeat doctori cuipiam reatus suos narrare; qui enim in hoc mundo, vero cum luctu peccata fateri sua noluerit; illum, coram Deo omnipotente, angelorúmque suorum exercitibus, & cunctis hominibus, cunctísque dæmonibus, ad judicium illud magnum, pudebit; ubi nos omnes congregati erimus: ibi nostrorum omnium facta, cohortibus hisce omnibus nota erunt; quique modò præ pudore uni homini reatus suos fateri haud posset; tunc coram cœlicolis, & terricolis, & inferni incolis pudebit; & pudor iste illi absque fine erit. Nemo quidem peccatorum suorum indulgentiam apud Deum acquiret, nisi alicui Dei ministro confiteatur; & juxta judicium ejus [se] corrigat: quisquis peccata sua fateri, & corrigere voluerit; cunctis ille hominibus qui ipsum prius offenderant veniam indulgebit; prout in ORATIONE DOMINICA *exstat, & prout Christus in Evangelio suo dixit; dixit autem* Nisi hominibus istis qui in vos peccant, ex intimo corde remiseritis, pater cœlestis vobis reatus vestros haud remittet. *Matt.6.14,15* *Quilibet Christianus* Orationem Dominicam, & Symbolum Fidei *callebit: per* Orationem Dominicam *precabitur; & per* Symbolum Fidei *fidem suam firmabit. Orationis Dominicæ, & Symboli sensum, doctor Laicis narrabit; ut sciant quid à Deo petere, & qui in Deum credere oporteat. De his alibi scripsimus;*

gaþ her sceortlice be urum geleafan. ꝥ ælc man seþe ƿile Gode gegan sceal gelyfan on ða halgan þrynnysse. ⁊ soþre annysse. ꝥ is Fæder. ⁊ Sunu. ⁊ halig Gast. God ælmihtig Fæder ƿæs æfre God buton anginne. ⁊ he gestrynde ænne Sunu of him sylfum. Se Sunu is his ƿisdom. seþe ƿæs æfre of ðam Fæder acenned. ⁊ ðurh ðone he geƿorhte ealle gesceafta. Se halga Gast ƿæs æfre of ðam Fæder ⁊ of ðam Suna. na acenned ac forðstæppende forþan ðe he is heora begra ƿilla ⁊ lufu. þone sind ealle gesceafta gelifæste. Ðas þry hadas Fæder. ⁊ Sunu. ⁊ halig Gast habbaþ ane godcundnysse. ⁊ hy sind ðry on hadum. ⁊ an ælmihtig God. Ælc heora an is ælmihtig God. ac na sƿa ðeah hƿæþere ðry Godas. ac hi þry sind an ælmihtig God. Hi ƿæron æfre þry ⁊ an. Ðry on hadum. ⁊ an on godcundnysse. Ealle hi sind gelice mihtige ⁊ æfre hi þry ƿyrcaþ an ƿeorc. forþan ðe se Fæder gefadaþ ealle þing ðurh his ƿisdom. ⁊ ðurh his ƿillan. Se ƿisdom is ðæs Fæder Sunu æfre of him anum. ⁊ se halga Gast is heora begra ƿilla ⁊ lufu. æfre of him bam. Næs se fæder acenned ne geƿorht. ne of nanum oþrum ne com. ac he ƿæs æfre. Se Sunu ƿæs æfre acenned ƿisdom of þam ƿisan Fæder. Se halga Gast ƿæs æfre of him bam sƿa sƿa ƿe ær cƿædon. Seo sunne ðe ofer us scinþ is lichamlic gesceaft. ⁊ hæfþ sƿa ðeah ðreo agennyssa on hyre. An is seo lichamlice edƿist. ꝥ is ðære sunnan trendel. Oðer is se leoma oþþe beorhtnys æfre of ðære sunnan. seo ðe onliht ealne middan eard. Ðridde is seo hætu ðe mid ðam leoman becymþ to us. Se leoma is æfre of ðære sunnan. ⁊ æfre mid hire. ⁊ þæs ælmihtigan Godes Sunu is æfre of þam Fæder acenned. ⁊ æfre mid him ƿunigende. Be ðam cƿæþ se Apostol

legat qui velit. Veruntamen de fide nostra hîc breviter dicemus. Quòd quisquis Deum colere velit, in sanctam Trinitatem, verámque unitatem credat; hoc est, in Patrem, & Filium, Spiritúmque Sanctum. Pater omnipotens Deus absque initio semper fuit; Filiúmque unum de seipso genuit: Filius sapientia ejus est, qui à Patre semper fuit generatus; & per quem omnes fecit creaturas. Spiritus sanctus à Patre & Filio semper fuit; non genitus sed procedens. Ipse enim utriusque illorum voluntas, & amor est; per quem creaturæ omnes animantur. Tres illæ personæ Pater, Filius, & Spiritus sanctus unam habent divinitatem; tres verò sunt in personis, at in deitate unus. Omnes ii sunt æqualiter potentes. Semperq; illi tres opus unum faciunt. Pater enim omnia per sapientiam suam, pérque amorem suum perficit, sapientia Patris est Filius, ab illo solo [genitus.] Spiritúsque sanctus illorum utriusque voluntas, & amor; ab utrisque semper [procedens.] Pater non erat genitus, neque factus, neq; ex ullis aliis procedens; sempérque fuit. Filius semper fuit sapientia à sapiente Patre generata. Spiritus sanctus ab utrisque semper fuit; sicut nos ante diximus. Sol qui nobis illucet, corporalis creatura est; tres tamen in se proprietates habet. Una, corporalis est substantia; hoc est, solis globus: altera lumen est, sive splendor, à sole semper; quæ totam terram illustrat: tertia, calor est; qui per lumen ad nos devenit. Lumen semper est à sole; & cum illo semper: & omnipotentis Dei filius est à Patre semper genitus; & cum illo semper manens: de hoc ait Apo-

Apostol ꝥ he wære his Fæder wuldres beorhtnys ; Ðære sunnan hætu gæþ of hire. ⁊ of hire leoman. ⁊ se halga Gast gæþ ǽfre of þam Fæder. ⁊ of þam suna gelice be þam is þus awriten ; Nis nan ðe hine behydan mæge fram his hætan ; Fæder. ⁊ Sunu. ⁊ halig Gast ne magon beon to gædere genamode. ac hi ne beoð swa ðeah na hwar to twæmede ; Nis se ælmihtiga God na ðryfeald. ac is ðrynnys ; Se Fæder is æfre Fæder. ⁊ se Sunu is æfre Sunu. ⁊ se halga Gast æfre halga Gast. ⁊ heora nan næfre of þam hade ðe he is ne awent. forðanþe God is unawendendlic ; Se Sunu ana underfeng mennisc-nysse. ⁊ wearþ to men geboren. ða ða he wolde on sawle ⁊ on lichaman of Sce. Marian butan weres gemanan. ⁊ heo þurhwunaþ á mæden on ecnysse ; Hwæt ða. se hælend Crist Godes sunu wunode on þissere worulde on þære mennisc-nysse þreo ⁊ þrittig geara. ⁊ mid menigfealdum wundrum geswutelode ꝥ he is soþ God ; He ðrowade siþþan sylfwylles deaþ on rode ahangen. ⁊ us alysde fram þam ecan deaþe mid his hwilwendlicum deaþe ; His lic wæs bebyrged. ⁊ he on ðam fyrste helle gehergode ⁊ aras siþþan on ðam ðriddan dæge of deaþe ; He astah to heofenum. ⁊ cymð eft on ende ðysses worulde. ⁊ ealle men ðe æfre sawle underfengon arisaþ of deaþe. ⁊ cumaþ him togeanes ; Se ylca God ðe ealle ðing of nahte geworhte mæg awæran ða formolsnedan lichaman of ðam duste ; Ðonne betæcþ Crist ða manfullan mid lichaman ⁊ mid sawle into helle wite á on ecnysse ; ⁊ ða godan he læt mid him into heofenan rice to ðam ecan life. ⁊ nahþum werode ne becymþe næfre nan ende forþan ðe ða manfullan beoþ æfre cwylmigende on helle susle. endeleaslice on unasecgendlicum tintregum. ⁊ ða

stolus, quòd Patris sui gloriæ splendor esset; *calor solis ex illo exit, ejúsque lumine; & Spiritus sanctus à Patre atque Filio, æqualiter semper procedit: de quo scriptum est;* Nihil est quod se à calore ejus occultabit. *Pater, & Filius, & Spiritus sanctus haud possunt* simul *nominari, haud ullibi tamen* divisi *existunt. Omnipotens Deus non* triplex, *sed* Trinitas *existit. Pater semper est Pater; Filiúsque semper Filius; & Spiritus sanctus, Spiritus sanctus semper: quorum nullus à persona illa quæ fuit, unquam mutabatur. Deus enim immutabilis existit. Filius solus suscepit humanitatem, & in homines cùm vellet, in anima & corpore nascebatur de sancta Maria absque viri consortio: & ipsa virgo semper in secula permanet. Quid tum? Jesus Christus filius Dei in hoc mundo in humanitate per annos triginta & tres versabatur; & per multiplicia miracula, quòd verus Deus esset, demonstravit. Mortem postea suapte sponte passus est, in cruce suspensus, & nos à morte æterna, per temporariam mortem suam redemit: corpus suum sepultum fuit; illóque tempore in infernum dominabatur; & postea die tertio à morte resurrexit, ascendit in cælos, & denuo in fine hujus mundi rediturus; omnésque homines qui animam unquam susceperunt, resurgent de morte, illique in occursum venient. Idem ille Deus, qui omnia de nihilo fecit, corpus putridum de pulvere potest resuscitare; Christus tunc impios cum corpore animâque pœnæ inferni in æternum tradet: bonos autem in regnum cœleste, in vitam æternam ducet: neutrique exercitui ullus unquam finis obveniet: improbi enim in cruciatu inferni, sine fine, tormentis inenarrabilibus*

godan ðe Gode on ðisum life gecƿemdon rixiaþ mid him on heofenan rice on unasecgendlicere blisse. á on ecnysse. Amen;

semper erunt interituri: boni autem, qui in hac vita Deo placebant, in regno cœlesti, cum illo in gaudio ineffabili semper in secula regnabunt. Amen.

Hæc superflua fuisse Lector non judicabit, si intelligat me hîc præ oculis, veterem Ecclesiæ expositionem, de symbolis fidei, aliisque universalis doctrinæ præceptis, posuisse: ut nullam de igne purgatorio in fide Catholica, & Apostolica exornanda, Romano-Saxonicos doctores, sacræ verò Scripturæ discipulos, rationem habuisse demonstremus.

b Quicunque in omni verbo & opere, & cogitatione perfecti sunt; mox de corpore egressi ad regnum cœleste perveniunt. Si lucidus ille aspectu, & clarus (*an angelus necne, an homo sit amictus prudens celat;*) *his verbis insinuare voluerit*, de corpore egressos, *non priùs* regnum cœleste perventuros, *quàm* in omni verbo & opere, & cogitatione perfecti *fuerint, dicat quispiam ex hac vita emigraturus, an hujusmodi inhærenti perfectioni, an soli Christi misericordiæ confidat. Quin omnium mortalium, qui mundum reliquerant experientia, & divina oracula idem reclamant. Audiatur vetus** *Ecclesia.* Dominica VII post Pentecosten. *in verba*, Nisi abundaverit justitia vestra plùs quàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. *Sic autem Latinè damus.*

* *Sax. hom. Trin. Coll. pag. 365. lin. ult.*

Ƿe ne magon libban on ðisum life nateſ hƿon ꝥ ƿe ne agyltan ƿiþ God. ⁊ ƿiþ men on ƿorde ⁊ on ƿeorce. ac ƿe sceolon symble to Gode gecyrran ⁊ his mildsunge biddan. forþon ðe he is gearu gif ƿe hine biddaþ mid inneƿeardre heortan ꝥ he us mildsige; -- Ælce dæg ƿe syngiaþ. ⁊ ælce dæg ƿe sceolon urne hælend gladian mid sumre godnysse--- Be ðam sang se sealmƿyrhta ðus secgende him to; *Adjutor meus, tibi sallam, &c.* ðæt is on Englisce spræce; Ðu eart min gefylsta. ðe sylfum ic singe. ðu eart min onfond. min agen soþ God. ⁊ min mildheortnys; he het hine mildheortnys. forþan ðe he milde is. ⁊ he on manega ƿisan ðam mannum gehylpþ ðe mid anrædnysse to him æfre hopiaþ; Ðam is ƿuldor ⁊ ƿurþmynt á to ƿorulde. Amen;

Haud possumus aliquando in vita hac vivere, ut in Deum, inque hominem in verbo, & opere *non peccemus: Quin ad Deum* semper *recurrere debemus, ejúsque imploremus misericordiam: quoniam paratus est, si ex intimo corde illum obsecremus, ut nostri miseresceret.---* Quotidie *peccamus*, & quotidie *salvatorem nostrum* * *bonitate aliquâ placare debemus.—* Hinc ibidem *Psalmistæ verbis usus concludit:* Adjutor meus tibi psallam, tu es susceptor meus: veráxque Deus meus: & mea misericordia; *misericordiam illum nuncupat, quia mitis est, multísque modis hominibus qui in illo cum stabilitate* semper *speraverint, auxiliatur; Cui gloria, & honor, semper in secula, Amen.*

* *idem premens argumentum de inhærentis justitiæ indigentia, p. 375.*

Cap. 14.

Ut è contrà, alter ad mortem veniens, oblatum sibi à dæmonibus codicem suorum peccatorum viderit.

ONgean ðyssum spelle ƿæs sum man on Myrcna lande. ðæs gesyhþe ⁊ ƿord. na læs his drohtunge ⁊ his lif monegum mannum ne eac him sylfum bric-

At contrà fuit quidam in provincia Merciorum, cujus visiones ac verba; non autem & conversatio plurimis, sed non sibimet-

bricsade ; Wæs on Cenredes tidum Myrcna cyninges. se æfter Æþelrede to rice feng. ꝥ sum wer wæs on læwedum hade. þæs *cyninges þegn. swa we magan secgan to byrne hu suman geongan læwedum men gelamp. se ða forgifenan tide hreowsunge ⁊ to dædbote forseah se wæs anes cyninges þega. ⁊ him leof ⁊ weorþ. ac swa swyþe swa he for þære uttran geornfulnesse woruldlicra dæda þam cyninge wæs liciende ; Swa swyþe he forþære gymeleasnesse Godes herenesse him sylfum mislicade. Manade se cyning hine gelomlice ꝥ he ondette ⁊ bette. ⁊ forlete his synne ⁊ man dæde ær ðon þe he mid ofercyme semninga deaþes ealle tid hreowe ⁊ bote forlure ⁊ þeah ðe he gelomlice monad wære. hwæþere he forhogode ða hælo word. ðe he hine lærde. Ac hine gehet æfter fyligendre tide þonne he yldra wære his synna hreowe ⁊ andetnesse don ; Ða æfter ðam betwih ðas ðing wæs he gehrinen ⁊ gestanden semninga mid untrumnesse ⁊ sona on bed gefeol. ⁊ grimme sare ongan þræsted beon. þa wæs se cyning ingangende to him. forþon ðe he hine swyþe lufode trymede hine ⁊ lærde. ꝥ he ða gyta hreowe ⁊ andetnesse dyde his synna. ær þon ðe he swulte. ⁊ swarede he ⁊ cw. ꝥ he *þa gyt ne wolde his synna andettan. ac eft þonne he of ðære untrumnesse arise. þy læs him æt wite ⁊ on edwit sette his * geþoftan. ꝥ he for ege ðæs deaþes ða ðing dyde. þe he ær *gesund don nolde. þuhte him sylfum. ⁊ him gesewen wæs. ꝥ he heardlice ⁊ stranglice spræce. ac he wæs earmlice beswicen mid deofles searwum. swa swa hit æfter gecyþed wæs ; Mid þy seo adl swyþe weox ⁊ heregode. eft se cyning ineode to him. hine to neosienne ⁊ to lærenne. ða clypode he sona earmlicre stæfne. Hwæt woldest þu nu. oþþe to hwon come þu nu hider. forþon ne miht þu me ofer þisne dæg ænige helpe, ne geoce gefremman ; Cw. he se cyning. Ne wille ðu

* cyninges. C.

* C. ut Lat.

* MSs. B. & C.

ipsi profuit. Fuit autem temporibus Coenredi, qui post Æthilredum regnavit, vir in laico habitu atque officio militari positus; sed quantùm pro industria exteriori, regi placens, tantùm pro interna suimet negligentia displicens. Admonebat ergò illum sedulò, ut confiteretur & emendaret ac relinqueret scelera sua, priusquam subitò mortis superventu tempus omne pœnitendi & emendandi perderet. Verùm ille licèt frequenter admonitus spernebat verba salutis, seséque tempore sequenti pœnitentiam acturum esse promittebat. Inter hæc tactus infirmitate decidit in lectum; atque acri cœpit dolore torqueri. Ad quē ingressus rex (diligebat enim eum) multùm hortabatur, ut vel tunc antequam moreretur, pœnitentiam ageret commissorum. At ille respondit: Non se tunc velle confiteri peccata sua, sed cùm ab infirmitate resurgeret, nè exprobrarent sibi sodales, quòd timore mortis faceret ea, quæ sospes facere noluerat. Fortiter quidem ut sibi videbatur locutus, sed miserabiliter, ut postea patuit, dæmoniacâ fraude seductus est. Cúmq; morbo ingravescente denuo ad eum visitandum ac docendum rex intraret, clamabat statim miserabili voce: Quid vis modo? Quid huc venisti? Non enim mihi aliquid utilitatis aut salutis potes ultrà conferre. At ille. Noli, in-

* tela. C.

la swa spræcan. geseoh þ þu * teala wite. Cw. he ne wede ic. ac ða wyrstan ingewitnesse me ic geseo. 7 fore minum eagum hæbbe. Frægn se cyning hine hwæt þ wære. cw. he. hwene ær þu come eodon on ðis hus to me twegen iunge men fægere 7 beorhte. 7 gesæton æt me. oþer æt minum heafde. oþer æt minum fotum. þa teah heora oþer forð fægere boc ac swyþe med micle. 7 me sealde to rædanne. Ða ic ða boc sceawode þa gemette ic ðær awriten eall ða god ðe ic æfre gedyde. ac þa wæron swiþe feawe. 7 med micle. ða namon hi eft ða boc æt me 7 me nowiht to cwædon. ða com her semninga micel werod werigra gasta. ða wæron ongrislices 7 wlitan. 7 þis hus ge utan ge innan ymbsæton. of mæstan dæle sittende 7 gefyldon. Ða wæs heora sum ðystran onsyne. 7 ðam oþrum egeslicra se wæs setles yldest. 7 me ðuhte. 7 gesewen wæs. þ he heora ealdor beon sceolde. ða teah he forþ boc * ongrislicre ansyne. 7 unmætre micelnesse. 7 lytestne unabeorendlicre byrþenne. sealde ða anum his geferena. 7 het me beran to rædanne. Mid ðy ic ða boc rædde þa gemette ic on hire sweartum stafum. 7 atollicum sweotollice awritene. eall þa man ðe ic æfre gefremede. 7 na læs þ an þ ic on weorce oþþe on worde ac eac swylce on ðam medemæstan geþohte gesyngode. eall þa wæron þær on awritene. 7 þa cw. se ealdor þara werigra gasta. to ðam fægeran monnum 7 þam beorhtum ðe me æt sæton. To hwon sitte git her. hwæt git cuþelice witon. þ ðis is ure man 7 swaredon hi soð ge segað. cw. he. ac onfoð hine 7 on ða heapunge eowre niþerunge gelædað. Ðy cwiþe hi instæpe fram minre gesihþe gewiton 7 ða wæron arisende twegen ðara atolra gasta. hæfdon handseax on heora * handa. slogan me ða. oþer on heafod. oþer on fet. 7

* ongri-senlice. C.

* han-dum. C.

quit, ità loqui, vide ut sanum sapias: Non, inquit, insanio, sed pessimam mihi conscientiam certus præ oculis habeo. Et quid, inquit, hoc est? Paulò antè, inquit, intraverunt domum hanc duo pulcherrimi juvenes, & resederunt circa me, unus ad caput, & unus ad pedes: Protulitque unus libellum perpulchrum, sed vehementer modicum, ac mihi ad legendum dedit; in quo omnia quæ unquam bona feceram intuens, scripta reperi; & hæc erant nimiùm pauca & modica. Receperunt codicem, neq; aliquid mihi dicebant. Tunc subitò supervenit exercitus malignorum & horrendorum vultu spirituum, domúmque hanc & exteriùs obsedit, & intus maxima ex parte residens implevit. Tunc ille, qui & obscuritate tenebrosæ faciei & primatu sedis major esse videbatur eorum, proferens codicem horrendæ visionis, & magnitudinis enormis, & ponderis penè importabilis; jussit uni ex satellitibus suis mihi ad legendum deferri. Quem cùm legissem, inveni omnia scelera, non solùm quæ opere vel verbo, sed etiam quæ tenuissimâ cogitatione peccavi; manifestissimè in eo tetris esse descripta literis. Dicebátque ad illos, qui mihi assederant viros albatos & præclaros: Quid hîc sedetis, scientes certissimè, quia noster est iste? Responderunt, Verum dicitis; accipite & in cumulum damnationis vestræ ducite. Quo dicto, statim disparuerunt, surgentésque duo nequissimi spiritus, habentes in manibus * cultra percus-

* furcas. T. vomeres. W.

fet; ⁊ ða wunde nu mid micle tintrega togædere snicað in ða innoþas mines lichoman. ⁊ sona ðæs ðe hi togædere cumaþ þonne swelte ic ⁊ ða deoflu gearwa bidaþ hwonne hi me gegripan ⁊ to helle locum gelædan; Ða he ða se earma man ðus mid ormodnesse sprecende wæs. ða swealt he sona æfter on his synnum. ⁊ ða hreowe ðe he to medmicelre tide. mid forgifenesse wæstme for ylde. ða he eac witum underðeoded butan wæstme on ecnesse * deð; ⁊ þæt he cw'. þæt he gesawe ungelice bec him berende beon. ðurh þa godan gastas. oþþe ðurh þa yfelan. forþon þæt upplice stihtunge Godes ælmihtiges geworden wæs. þæt we gemundan þæt we ure dæde ⁊ ure geþohtas na læs on þisne wind on idelnesse to flowan. ac to dome ðæs hean deman ealle gehealdene beon. ⁊ us eft on ende ætywde beon. oþþe ðurh þa freondlican englas. oþþe þurh feond; þæt he cw'. þæt ærest þa fægeran bec ða * hwitan englas forþbrohton. ⁊ æfter þon deoflu ða sweartan. ⁊ hy þa englas swyþe med mycle. ðæt is to ongytanne þæt he on ðære ærestan ylde his lifes * hwylc hugu god dyde. þæt he hwæþere eall ðurh his unriht dæde mid þweorum life aþystrade ⁊ fordiglade; Ðær he ða wiþ þon þa gedweola his cnihthada gereccan gymde on geoguþ hade. ⁊ þa þurh gode dæde fram Godes eagum ahwyrfan. þonne mihte he þara rime geþeoded beon. be ðam se sealm cwiþ. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, &c.* Ða beoþ eadige ðe heora unrihtwisnessa forlætene beoþ ⁊ þara synne bewrigene beoþ; Ðis spel ic geleornode fram Pehthelme ðam arwurþan B'. ⁊ ic hit for ðære hælo ðe hit leornige oþþe gehyre hluttorlice awrat ⁊ sæde;

* þrowaþ. B.

* wlitigan. B.

* hwæt hwugu. C.

ferunt me, unus in capite, & alius in pede. Qui videlicet modò cum magno tormento irrepunt mea viscera in interiora corporis mei; mox quæ ut ad invicem perveniunt, moriar; & paratis ad rapiendum me dæmonibus in inferni claustra pertrahar. Sic loquebatur miser desperans: & non multò pòst defunctus, pœnitentiam, quam ad breve tempus cum fructu veniæ facere supersedit, in æternum sine fructu pœnis subditus facit. [De quo constat, quia (sicut beatus Papa Gregorius de quibusdam scribit) non pro se ista, cui non profuere, sed pro aliis viderit, qui ejus interitum cognoscentes, differre tempus pœnitentiæ dum vacat, timerent; nè improviso mortis articulo præventi, impenitentes perirent.] Quod autem codices diversos per bonos sive malos spiritus sibi vidit offerri, ob id supernâ dispensatione factum est; ut meminerimus facta & cogitationes nostras non in ventum diffluere, sed ad examen summi judicis cuncta servari, & sive per amicos angelos in fine nobis ostendenda, sive per hostes. Quod verò priùs candidum codicem protulerunt angeli, deinde atrum dæmones; illi perparvum, isti enormem; animadvertendum est, quòd in prima ætate bona aliqua fecit, quę tamen universa pravè agendo juvenis obnubilavit. Qui si è contrario errores pueritiæ corrigere in adolescentia ac benefaciendo à Dei oculis abscondere curasset; posset eorum numero sociari, de quibus ait Psalmus, *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Hanc historiam sicut à venerabili antistite * Pecthelmo didici, simpliciter ob salutem legentium sive audientium, narrandam esse putavi.

Psal. 32.1.

* Pihtelmo. *T.*
Pecthelmo. *W.*
Pehthelmo. *C.*

Cap. 15.

Ut item alius moriturus deputatum sibi apud inferos locum pœnarum viderit.

IC sylfa cuþe sumne broþor. ðone ic wolde ꝥ ic næfre ne cuþe. ðæs noma ic eac swylce genemnan mæg. gif ꝥ owiht bryce wæs. wæs he geseted on æðelum mynstre. ac he hwæþere unæþelice his lif lifede; Wæs he gelomlice fram ðam broþrum þread ⁊ ðam ealdormannum þære stowe. ꝥ hi hine manodon ⁊ læredon ꝥ he his lif gecyrde to clænsunge his synna; ⁊ ðeah ðe he hi no gehyran ne wolde. hwæþere he geþyldelice wæs fram him eallum aræfnend fore nydþearfe his utteran weorca. wæs he syndrilice on smiþ cræft well gelæred; *Ðeowode he swyþe druncennysse. ⁊ monigum oþrum unalyfednessum ðæs * sleacran lifes. ⁊ he ma gewunode on his smiþþan dæges ⁊ nihtes sittan ⁊ licgean. ðonne he wolde on cyricean singan ⁊ gebiddan. ⁊ mid ðam oþrum broþrum lifes word ⁊ godcunde lare gehyran; Ðonon him gelamp ꝥ sume men gewuniað cweþan. Seþe ne wyle cyricean duru wilsumlice geeadmoded ingangan. se sceal nyde on helle duru unwilsumlice geniþerad gelæded beon; Ða wæs se mon geslegen ⁊ gestanden hefigre adle. ⁊ seo weox ⁊ hefigode oþþæt he wæs to ðam ytemestan dæge gelæded. ða cygde he ⁊ het ða broþru him to. ⁊ he swiþe gnorniende. ⁊ geniþredum gelic ongan him secgan ꝥ he gesawe helle opene. ⁊ * Satanan ðone ealdan feond mon cynnes besencedne on þam grundum helle tintreges; ⁊ cw. ꝥ he ðær eac gesawe Caiphan þone ealdorman ðara sacerda mid ðam oþrum. þa ðe Drihten Crist ofslogan. bi him wrecendum ligum geseald beon. in þara neawiste cw. he. Wa me earmum. ic geseo me stowe gegearwode beon ecere * forlorenesse; Ða ða broþru ðis gehyrdon. þa ongunnon hi hine geornlice trym-

* lufude. B.

* B. & C. ut Lat.

* Satan. C.

* forwyrde. B.

NOvi autem ipse fratrem (quē utinam non nossem) cujus etjam nomen si hoc aliquod prodesset dicere possem, positum in monasterio nobili, sed ipsum ignobiliter viventem. Corripiebatur quidem sedulò à fratribus ac majoribus loci, atque ad castigatiorem vitam converti admonebatur. Et quamvìs eos audire noluisset, tolerabatur tamen ab eis longanimiter ob necessitatem operū ipsius exteriorum: erat enim fabrili arte singularis. Serviebat autem multùm ebrietati, & cæteris vitæ remissioris illecebris, magísque in officina sua die noctúq; residere, quàm ad psallendum atque orandum in Ecclesia, audiendúmque cum fratribus VERBUM VITÆ*, concurrere consueverat. Unde accidit illi (quod solent dicere quidam) quia qui non vult Ecclesiæ januam sponte humiliatus ingredi, necesse habet in januam inferni non sponte, damnatus introduci. Percussus enim languore, atque ad extrema perductus, vocavit fratres; & multùm mœrens ac damnato similis cœpit narrare; quia videret inferos apertos, & Satanam immersum in profundis tartari. Caipham quoq; cum cæteris qui occiderunt Dominum, juxta eum flammis ultricibus contraditum. In quorum vicinia, inquit, heu misero mihi! locum aspicio æternæ perditionis esse præparatum. Audientes hæc fratres, cœperunt diligenter ex-

* Sax. & doctrinam divinam.

trimman ⁊ læran. ꝥ he ða gyt on lichoman geseted his synna hreowe ⁊ andetnesse dyde ; ⁊ swarode he mid ormodnesse. Nis me nu cƿ. he tid min lif to onwendenne. mid ðy ic sylfa geseo minne dom gedemedne beon ; Ða he ða ðus spræc. ꝥ he butan hælo * wegnysse of worulde gewat. ⁊ his lichoma wæs bebyriged on ðam ytemestan stowum ðæs mynstres. ⁊ nænig mon ne dorste for hine sealmas ne mæssan singan ne furðon for hine gebiddan ; Ƿala mid hu micle gesceade God to dælde betwih leoht ⁊ ðystre ; Se æresta martyr ⁊ se eadiga Stephanus. ða he wæs deað ðrowiende for soðfæstnesse he geseah heofonas opene [* geseah he Godes wuldor] ⁊ ðone hælend standende on Godes ða swiðran ; ⁊ ðyder ðe he sylfa toweard wæs æfter deaþe. ðider he his [* modes] eagan sende ær his deaþe. ꝥ he ðy bliþelicor ðrowode ; ⁊ wið ðon ðe smið ðæs ðystran modes ⁊ dæde. ða he his deaþe nealæhte geseah helle tintrego opene. ⁊ geseah he deofles niþerunge ⁊ his æfterfyligendra ; Geseah he eac swylce his sylfes ungesælige stowe ⁊ * carcern betwih swilce ꝥ he ðy earmlicor georwenedre hælo her nu forwurde. ac lifigendum monnum ðe ðas ðing ongyton he forlet hælo intingan mid his forlorenesse ; Ƿæs ðis niwan geworden on * Beornica mægþe. ⁊ feor ⁊ wide gemæred. ⁊ he monige forþ acigde butan yldinge. ꝥ hi heora man dæda hreowe dydon. ꝥ ic eac swylce wisce forþon leornunge ura stafa ;

* weg- nesse. B

* Sic MS. B. & C. ut Lat.

* C. ut Lat.

* racet- tan. B.

* Breo- tone. C.

hortari, ut vel tunc positus adhuc in corpore pœnitentiam* faceret. Respondebat ille desperans: Non est mihi modò tempus vitam mutandi, cùm ipse viderim judicium meum jam esse completum. Talia dicens, sine viatico salutis obiit;& corpus ejus in ultimis est monasterii locis humatum: neque aliquis pro eo vel missas facere, vel psalmos cantare, vel saltem orare præsumebat. O quàm grandi distantiâ divisit Dominus lucem & tenebras! Beatus protomartyr Stephanus passurus mortem pro veritate, *vidit cœlos apertos, vidit gloriam Dei, & Jesum stantem à dextris Dei.* Et ubi erat futurus ipse post mortem, ibi oculos mentis ante mortem, quo lætior occumberet, misit. At contrà, faber iste tenebrosæ mentis & actionis; imminente morte, vidit aperta tartara, vidit damnationem diaboli & sequacium ejus. Vidit etiam suum infelix inter tales carcerem; quo miserabiliùs ipse desperatâ salute periret; sed viventibus, qui hæc cognovissent, caussam salutis, suâ perditione relinqueret. Factum est hoc nuper in provincia Berniciorum, ac longè latèque diffamatum, multos ad agendam & non differendam scelerum suorum pœnitudinem provocavit: Quod utinam ex hinc etiam nostrarum lectione literarum fiat.

* Sic MSS. sing.

NOTÆ in cap. 14, 15.

Miles scelestus peccata sua fateri respuit, nè fortè exprobrarent *sibi sodales--- *quem* Coenredus *Rex* admonuit sedulò ut confiteretur & emendaret, ac relinqueret scelera sua---. *O perquàm nobile, & verè excelsum Regis exemplum! Admonuit qui cogere potuerat, militem ad confitendum. Et*, Audientes HÆC fratres,(*fabro scil. qui* serviebat multùm ebrietati, locum æternæ perditionis esse præparatum,) cœperunt diligenter EXHORTARI, ut vel tunc positus in corpore

* l. eli...

pore,[c] pœnitentiam faceret. *Formam hortandi ad resipiscentiam, piam quidem, nec Scripturis sacris contrariam, tradunt Canones, quos Archiepiscopo Theodoro Cantuariensi adscribunt nonnulli. Sic autem Canon 29.* De Confessionibus, *verba Saxonica & Latina, utraque quidem perantiqua, viris doctis legenda hic apposuimus.*

Us manaþ þ halige geƿrit 7 cƿyð. Geopena Drihtne þinne ƿeg 7 hiht on hine; & eft hit cƿyþ. Andyttaþ Drihtne forþan geond ƿorolde is his mildheortnyss; & eft hit cƿyþ. Minne gylt ic dyde þe cuþne. 7 mine unrihtƿysnysse ne behydde ic; & eft cƿyþ. Ic andytte ongen me Drihtne mine unrihtƿisnysse. 7 ðu forgeafe ða arleasnysse minre synne; 7 eft. Andyttað eoƿ betƿeox eoƿre synna. 7 hi beoþ gedylogode; And an oþre stoƿe hit cƿyð. Seþe behyt his leahtras ne biþ he gerihtƿysad. Seþe hi soþlice andytt he gehælþ his saƿle of deaþe. 7 Drihten on his godspelle cƿæþ. Doþ dædbote. soþlice heofena rice genealæcð; Hit is neod þonne ƿe fela ðurh deofles lare dod ongean Godes ƿyllan 7 bebod þ ƿe þurh soþe eadmodnysse 7 andytnysse betan þ hreoƿsiende eal sƿa hit gesetton halige fæderas; 7 syþþan þonne ænig yfel geþoht þurh deofles sƿæpon ure heortan cume. andyttan ƿe þ sona urum bisceope oþþe gastlicum ealdre þ ƿe moton ðurh soþe andytnysse 7 dædbote habban heofena rice. ðearle ðƿyr is seþe singað beforan Godes eagum. 7 forsceamað þ he þ men andytte;

Hortatur nos Scriptura, dicens, Revela Domino viam tuam, & spera in eum. *Item dicit,* Confitemini Domino quoniam in seculum misericordia ejus. *Item,* Delictum meum cognitum tibi feci, & justitias meas non abscondi. *Item;* Confitebor adversùm me injustitias meas Domine, & tu remisisti impietatem peccati mei. *Et iterum,* Confitemini alter alteri peccata vestra, & deleantur. *Et alibi*, Qui abscondit scelera sua, non dirigetur; qui autem ea confessus fuerit, salvabit animam suam à morte. *Et Dominus in Evangelio ait,* Agite pœnitentiam, adpropinquabit enim regnum cœlorum. *Necesse est ut dummodo suadente diabolo multa contra voluntatem, & præceptum Domini commisimus, per veram humilitatem, & confessionem emendemus pœnitentes; sicut Patres sancti constituerunt. Et deinceps, cùm aliqua cogitatio mala in cor, suadente diabolo, venerit; citò Episcopo* vel Priori confiteamur, ut per veram confessionem, & pœnitentiam, regnum Dei habere mereamur: Nimis enim improbus est qui ante oculos Dei peccat, & homini confiteri erubescit.*

* *Sax: Presbytero spirituali. Vide pag. 216. 340. & comment. in Jac. 5. 14. 16. de presbyteris Ecclesiæ.*

Cap. 16.

Ut plurima Scotorum Ecclesiæ, instante Adamnano, Catholicum Pascha susceperint: útque idem librum de locis sanctis scripserit.

Deest Sax.

QUo tempore plurima pars Scotorum in Hibernia, & nonnulla etiam de Britonibus in Britannia rationabile & Ecclesiasticum paschalis observantię tempus, Domino donante, suscepit. Siquidem Adamnanus, presbyter & Abbas monachorum qui erant in insula Hii; cùm legationis gratiâ missus à sua gente venisset ad Aldfridum regem Anglorum, & aliquandiu in ea provincia moratus, videret ritus Ecclesię canonicos; sed à pluribus qui erant eruditiores, esset solerter admonitus, nè contra universalem Ecclesię morem, vel in observantia Paschali, vel in aliis quibusque decretis, cum suis paucissimis & in extremo mundi angulo positis vivere præsumeret, mutatus mente est: ità ut ea quæ vide-

viderat & audierat in Ecclesiis Anglorum, suæ suorúmque consuetudini libentissimè præferret. Erat enim vir bonus & sapiens, & scientiâ SCRIPTURARUM nobilissimè instructus. Qui cùm domum rediisset, curavit suos qui erant in Hii, quíve eidem erant subditi monasterio ad eum, quem cognoverat, quémq; ipse ex toto corde susceperat, veritatis callem perducere; nec valuit. Navigavit *Hiberniam, & prædicans eis ac modestâ exhortatione declarans legitimum *Paschæ tempus, plurimos eorum & penè omnes, qui ab Hiiensium erant dominio liberi, ab errore correctos, ad unitatem reduxit Catholicam; ac legitimum Paschę tempus observare perdocuit. Qui cùm celebrato in Hibernia canonico Paschâ, ad suum insulam revertisset, suóque in monasterio Catholicam temporis Paschalis observantiam instantissimè prędicaret, (nec tamen perficere quod conabatur posset,) contigit eum ante expletum anni circulum migrasse de seculo, divinâ utique gratiâ disponente, ut vir unitatis & pacis studiosissimus, antè ad vitam rapeteretur æternam, quàm redeunte tempore Paschali graviorem cum eis, qui eum ad veritatem sequi nolebant, cogeretur habere discordiam. Scripsit idem vir de locis sanctis librum, legentibus multis utilissimum; cujus auctor erat docendo ac dictando Galliarum Episcopus Arculfus; qui locorum gratiâ sanctorum venerat Hierosolymam. Et lustratâ omni terrâ repromissionis, Damascum quoque, Constantinopolim, Alexandriam, multásque maris insulas adierat; patriámque navigio revertens, vi tempestatis in Occidentalia Britannię littora delatus est. Ac post multa ad memoratum Christi famulum Adamnanum perveniens, ubi doctus in SCRIPTURIS, sanctorúmque locorum gnarus esse compertus est, libentissimè est ab illo susceptus, libentiùs auditus, adeò ut quęque ille se in locis sanctis memoratu digna vidisse testabatur, cuncta mox iste literis mandare curaverit. Fecítque opus (ut dixi) multis utile, & maximè illis qui longiùs ab eis locis, in quibus Patriarchæ vel Apostoli erant secreti, ea tantùm de his quæ lectione didicerint, norunt. Porrexit autem librum hunc Adamnanus Aldfrido regi, ac per ejus est largitionem etiam minoribus ad legendum contraditus. Scriptor quoque ipse multis ab eo muneribus donatus, in patriam remissus est: De cujus scriptis aliqua decerpere, ac nostrę huic historiæ inserere, commodum fore legentibus reor.

*R.R. Armach pag. 730. l. 3.
* Ibid. p. 700. lin. 35.

CAP. 17.

Quæ in eodem libro de loco dominicæ nativitatis, passionis, & resurrectionis commemoraverit.

Deest Sax.

SCripsit ergò de loco dominicæ nativitatis in hunc modum: Bethleem civitas David in dorso sita est angusto, ex omni parte vallibus circundata, ab occidente in orientem mille passibus longa, humili sine turribus muro per extrema plani verticis instructo. In cujus orientali angulo quasi quoddam naturale semiantrum est, cujus exterior pars nativitatis dominicæ fuisse dicitur locus; interior, præsepe Domini nominatur. Hæc spelunca tota interius precioso marmore tecta, supra locum ubi Dominus natus specialiùs traditur, sanctæ Mariæ grandem gestat Ecclesiam. Scripsit item hoc modo de loco passionis & resurrectionis illius: Ingressus à septentrionali parte urbem Hierosolymam, primùm de locis sanctis pro conditione platearum divertendum est ad Ecclesiam Constantinianam, quæ Martyrium appellatur. Hanc Constantinus imperator, (eò quòd ibi crux Domini ab Helena ejus matre reperta sit,) magnifico & regio cultu construxit. Dehinc ab occasu Golgothana, videtur Ecclesia, in qua etiam rupis illa apparet, quę quondam ipsa infixo Domini corpore crucem Domini tulit argenteam, modò pergrandem sustinens crucem, pendente magnâ desuper æreâ rotâ cum lampadibus. Infra ipsum verò locum dominicæ crucis; excisa in petra crypta est, in qua super altare pro *defunctis honoratis sacrificium solet offerri; positis interim in platea corporibus. Hujus quoq; ad occasum Ecclesiæ anastasis, hoc est, resurrectionis dominicæ, rotunda Ecclesia tribus cincta parietibus, duodecim columnis sustentatur; inter parietes singulos latum habens spatium vię, quæ tria altaria in tribus locis parietis medii

* Vide de S. Oswaldo rege. pag. 192. l. 41.

dii continet, hoc est, australi, aquilonali, & occidentali. Hæc bis quaternas portas, id est, introitus per tres è regione parietes habet; è quibus quatuor ad Vulturnum, & quatuor ad Eurum spectant. Hujus in medio monumentum Domini rotundum petrâ excisum est; cujus culmen, intrinsecus stans homo, manu contingere potest: ab oriente habens introitum, cui lapis ille magnus appositus est, quod intrinsecus ferramentorum vestigia usque in præsens ostendit. Nam extrinsecus usque ad culminis summitatem, totum marmore tectum est: summum verò culmen auro ornatum, auream magnam gestat crucem. In hujus ergò monumenti aquilonari parte sepulcrum Domini in eadem petra excisum, longitudinis septem pedum, trium mensurâ palmarum pavimento altius eminet. Introitum habens à latere meridiano, ubi die noctúque duodecim lampades ardent; quatuor intra sepulcrum, octo supra in margine dextro. Lapis qui ad ostium monumenti positus erat, nunc fissus est; cujus pars minor, quadratum altare ante ostium nihilominus ejusdem monumenti stat; major verò pars in Orientali ejusdem Ecclesiæ loco, quadrangulum aliud altare sub linteaminibus exstat. Color autem ejusdem monumenti & sepulcri, albo & rubicundo permixtus videtur.

Cap. 18.

Quæ item de loco ascensionis dominicæ, & sepulcris Patriarcharum.

Deest Sax. DE loco quoque ascensionis dominicæ, præfatus autor hoc modo refert: Mons Olivarum, altitudine monti Sion par est: sed latitudine & longitudine præstat; exceptis vitibus & olivis, raræ ferax arboris, frumenti quoq; & hordei, fertilis. Neque enim brutosa, sed herbosa & florida soli illius est qualitas. In cujus summo vertice, ubi Dominus ad cœlos ascendit, Ecclesia rotunda grandis, ternas per circuitū cameratas habet porticus desuper tectas. Interior namq; domus, propter dominici corporis meatum camerari & tegi non potuit; altare ad orientem habens angusto culmine protectum. In cujus medio, ultima Domini [b]vestigia cœlo desuper patente ubi ascendit, visuntur. Quæ cùm quotidie à credentibus terra *tollatur, nihilominus manet; eandemque adhuc speciem veluti impressis signata vestigiis servat. Hæc circa, ærea rota jacet; usque ad cervicem alta, ab occasu habens introitum, pendente desuper in trochleis magna lampade, totáque die & nocte lucente. In occidentali ejusdem Ecclesiæ parte, fenestræ octo, totidémque è regione lampades in funibus pendentes, usque Hierosolymam per vitrum fulgent; quarum lux corda intuentium cum quadam alacritate & compunctione pavefacere dicitur. In die ascensionis dominicæ per annos singulos, [c] missâ peractâ, validi flaminis procella desursum venire consuevit, & omnes qui in Ecclesia adfuerint terræ prosternere. De situ etiam Hebron & monumentis patrum itâ scribit: Hebron quondam civitas & metropolis regni David; nunc ruinis tantùm, quid tunc fuerit ostendens, uno ad orientem stadio speluncam duplicem in valle habet, ubi sepulcra Patriarcharum quadrato muro circundantur, capitibus versis ad Aquilonem. Et hæc singula singulis tecta lapidibus instar basilicæ dolatis trium patriarcharum candidis. Adam obscurioris & vilioris operis, qui haud longe ab illis ad Borealem, extremámque muri illius partem, pausat. Trium quoque fœminarum viliores & minores memoriæ cernuntur. Mambre collis mille passibus à monumentis, his ad Boream herbosus valde & floridus, campestrem habens in vertice planiciem. In cujus Aquilonari parte, quercus Abrahæ duorum hominum altitudinis truncus, Ecclesiâ circundata est. Hęc de opusculis excerpta præfati scriptoris ad sensum quidem verborum illius, sed brevioribus & strictis comprehensa sermonibus nostris, ad utilitatem legentium, historiis indere placuit. Plura voluminis illius, siquis scire delectat, vel in ipso illo volumine, vel in eo, quod de illo dudum strictim excerpsimus, epitomate requirat.

* tollitur. W.

Notæ in cap. 17, & 18.

[a] Crux Domini ab Helena *Constantini* matre reperta---- *Hanc dubiam crucis inventionem, inventiones aliæ æquè dubiæ secutæ sunt: Abusus autem imaginis*

ginis S. crucis, & imaginum ferè omnium, in historiis veterum passim occurrunt: Et monumenta Sax. in diem exaltationis S. crucis, ostendunt Heraclium Imperatorem ad crucem quandam orasse (crucem autem Christi fuisse incertum, nec licitum fuit ad ipsam orasse, si Christi crucem fuisse, constitisset.) Sic Latinè dedi.

Hom. 51. pag. 405. lin. 5. Eala þu ƿundorlice rod on þære ðe Crist ƿolde þroƿigan ⁊ ure ƿita adƿæscan mid his deorƿurþan blode ⁊ Eala ðu scinende rod sƿyðor þonne tungla. mære on middan earde miclum to lufigenne. halig treoƿ ⁊ ƿurðum. ðe ƿyrþe ƿære to berene ealles middan eardes ƿurð. gemunda ðisne heap ðe her gegæderod is Gode to ƿurþmynte ⁊

*O tu crux gloriosa, in qua Christus pati voluit: & nostros sapientes per sanguinem suum pretiosum * refellere! O tu crux stellis fulgentior! in mundo famigerata, arbor sancta, & suavis. Digna es, quæ totius mundi* dignitatem *gestares: Hanc * protege multitudinem, quæ hic in honorem Dei convenit. Tunc exaltavit * Cæsar sanctam crucem in eundem locum, ubi (antequam iste improbus * Rex abripuit illam) primò stabat.*

* extinguere.

* Annon crucem ut protectricem adorare, idololatria manifesta? vide. pag. 165.

* Heraclius.

* Cosroes.

Ða ahof se Casere ða halgan rode up on ðære ylcan stoƿe ðe heo ær on stod ætfluman ær ðan ðe se arleasa cyning hit gename ⁊

Et in V. Nonar. Mai. INVENTIO S. CRUCIS. *hujusmodi narrationem, pro sanioris verbi Dei lectione & expositione, populus imbibit. Sic ut cætera, Latinè damus.*

Serm. Cathol. p. 371. l. 13. Men ða leofestan nu to dæg ƿe ƿurþiaþ ðære halgan rode gemynd. ðe ure Drihten on ðroƿode ⁊

Homines dilectissimi hodie nunc celebramus memoriam sanctæ Crucis quâ Dominus noster passus est.

Hinc è S. Hieronymo historiolam recitat de signo crucis, Constantino Imperatore contra Maxentium pugnanti, apparente, & de Helena Constantini matre Hierosolymam petente, ad ipsam crucem, inter cadavera defossam, jam ab illa non sine ingenti laborum, & periculorum mole, refodiendam: sic ipse Saxonica verba Latinè transtuli.

Ibid. pag. 372. l. 11. Ða ferde heo to Hierusalem mid fullum geleafan. ƿolde ða rode findan ðe Crist on ðroƿade ⁊ heo becom to ðære stoƿe. sƿa hire geƿutelode ðurh heofonlicre gebicnunge. ⁊ afunde þreo roda. an ƿæs þæs hælendes. ⁊ þa oðra ðæra ðeofa ⁊ Ða nyste heo geƿiss hƿilc ƿære Cristes rod. ær ðan ðe he mid tacnum hi geƿutelode ⁊

Tunc Helena Hierosolymam adiit, plenâ fide illam investigatura crucem, quâ Christus passus est. Ad locum illum venit, prout ei Deus per cæleste præsagium manifestavit: tres autem inverit cruces, Salvatoris unam: alteras duas latronum. Nescivit verò distinguere quanam esset crux Christi priusquam illi per miracula indicasset.

*Sed hæc, utpote nec Apostolica, nec Catholica quidem, tum reliqua hinc de virtute sanctæ crucis dependentia dogmata, in medio relinquenda arbitramur. Cætera in legendis videte, & alia (quia jam præ manibus habemus,) de cruce prædicti regis Cosrois ad S. * Sergium defunctum missa, unà cum S. Sergii invocatione, apud Euagrium, magis quàm quis facilè dixerit blasphemâ, per otium consulite.* * Euagr. l. 6. cap. 20.

b *Hæc de Domini vestigiis, in vertice montis Olivarum,* ubi ascendit, *apparentibus, &* in die ascensionis Dominicæ, per annos singulos c missâ peractâ, de validi flammis procella de sursum venire consueta, *validâ suspicione non indigent: unde totum hoc caput, ut & alia ejusdem farina permulta, Rex Aluredus versione Saxonicâ suâ haud dignatus est.*

Cap. 19.

*Ut Australes Saxones Episcopos acceperint Eadberhtum, & * Eollan; Occidentales Danielem & Aldhelmum; & de scriptis ejusdem Aldhelmi.* * Eallam. V.

Ða ƿæs æfter seofon hund ƿintrum ⁊ fif ƿintrum æfter ðære Drihtenlican menniscnesse þ Ealdfrið Norðanhymbra cyning forðferde ymb xx ƿintra his rices butan an. ne ƿæs ða gyt gefylled; Feng to his rice Osred his sunu. ƿæs viii ƿintra cniht. ⁊ þ rice hæfde * endleofan ƿintra; On ðisses cyninges rice foreƿeardū forðferde Hædde ƿest Seaxna B. ⁊ no ðam heofonlican life ferde; ƿæs he god ƿer ⁊ rihtƿis. ⁊ þ biscoplice lif ⁊ lare ma beeode on lufan þonne gastlicra mægna he on leornunge gelæred ƿære; Be ðam B. oft geƿunelice sæde * Pehthelm se ærþurþa B. se mid Ealdhelme his æfterfyligendre micele tid ða get munuc ⁊ diacon ƿæs. þ on ðære stoƿe þe se B. forðfered ƿæs. for geearnunge his halignesse monig ƿundor hælo geƿremede ƿæron. on ðære mægþe men geƿunalice ða moldan namon for adlum ⁊ untrumnessum. ⁊ on ƿæter sendan. ⁊ mid byrignesse oþþe astrægdnesse ðæs ƿæteres monigum untrumum ge monnum ge neatum to hælo gelamp; ⁊ for ðære gelomlicum on ƿeg alædnesse ðære halgan moldan þ ðær ƿæs mycel seaþ geƿorden; Ða he ða forðfered ƿæs. ða ƿæs se biscopdom ðære mægþe on tƿa B. scire to dæled. oþer ƿæs seald Daniele ða he gyt to dæg receð. oþer Ealdelme ðære he feoƿer gear fromlice heold. ⁊ ƿone ƿæs. ƿæron hi begen on cyriclicum ƿisum ge on ƿisdome haligra geƿrita genihtsumlice gelærede; þ is to tacne þ Ealdelm mid ðy he ða gyt ƿæs Mæsse Preost. ⁊ Abbud ðæs mynstres ðe hi nemnaþ Maldulfes

* endlufon. B.

* Peohthelm. B.

Anno dominicæ incarnationis septingentesimo quinto Aldfridus Rex Northanhymbrorum defunctus est, anno regni sui vicesimo, necdum impleto. Cui succedens in imperium filius suus * Osredus, puer octo circiter annorum, regnavit annis undecim. Hujus regni principio antistes Occidentalium Saxonum * Haeddi cœlestem migravit ad vitam: Bonus quippe erat vir ac justus, & Episcopalem vitam sive doctrinam magis insito sibi virtutum amore, quàm lectionibus institutus exercebat. Denique reverendissimus antistes * Pehthelm, [de quo in sequentibus loco suo dicendum est,] qui cum successore ejus Aldhelmo, multo tempore adhuc diaconus sive monachus fuit, referre est solitus, quòd in loco quo defunctus est, ob meritum sanctitatis ejus, multa sanitatum sint patrata miracula; hominésque provinciæ illius solitos ablatum indè pulverem, propter languentes, in aquam mittere, atque hujus gustum sive aspersionem multis sanitatem ægrotis, & hominibus, & pecoribus conferre. Propter quod, frequenti ablatione pulveris sacri, fossa sit ibidem facta non minima. Quo defuncto, Episcopatus provinciæ illius in duas parœcias divisus est: una data est Danieli, quam usque hodie regit: altera Aldhelmo, cui annis quatuor strenuissimè præfuit: Ambo & in rebus Ecclesiasticis, & in scientia Scripturarum sufficienter instructi. Deniq; Aldhelmus cùm esset adhuc presbyter & Abbas monasterii, quod * Maildulfi

Anno Dom. 705.

* Osred. C. & VV.

* C. Hedda. T. Haedde. W.

* C. Pecthelm. W.

* W. * Maildubi urbem. C. & T.

*Sic MS. C. Aldelmes. B. Maldomes burh. Cantabr.
*C. cirican. Cantabr.
* B. ut Lat.

* Maldulfes burh. awrat he æþele boc his ðeode mid synoþær bebode wiþ Brytta gedwolan þa hi rihte Eastran ne weorþedon on heora tide. ⁊ eac oþer moniʒ ða hi ðære *ciriclican clænnesse ⁊ sibbe wiþerweard dydon; ⁊ he moniʒe ðara Brytta ðe West Seaxum underþeodde wæron. to rihtre weorþunge ðære drihtenlican Eastrana mid ða leornunga ðissa boca [*ʒeteah ⁊ gelædde. wrat he eac heah boc ⁊ weorþlice de virginitate.] ⁊ þa on byrne Sedulius twifealde weorce meterfersum arang ⁊ gelæredre spræce gesette. wrat he eac swylce moniʒ oþru gewrito. wæs he se wer æghwanon se gelæredesta. on geworddum hluttor ⁊ scinende. ʒe eac on gelæredresse gewrito. ʒe wreora ge cyriclicra to wundrienne; Ða he ða forþferde ða onfeng for hine ðone. B'. had Forþhere. se gyt oð to dæg cy'. se writere lifigende is. wæs se mon eac on halgum gewritum well gelæred; Ðissum monnum ðone. B'. had ðeniende. wæs on synoþe gesetted ⁊ gedemed. þ suð Seaxna mægð sceolde habban agenne B'. ⁊ bisceop setl on heora leodum. belumpon hi ær to Wintan ceastre. B'. scire. wære ðe Daniel se B'. fore wæs; Ða wæs him to bisceope æt erest gehalgod Eadbyrht se wæs abbud ðær mynstres ðære eadigan gemynde Wilfriþes. B'. þ is nemned * Seleseа; Ða se forþferde ða feng to ðære. B'. ðenunge Eolla. ⁊ he ða æfter monigum gearum of ðissum leohte alæded wæs. ⁊ se B'. had ðær syþþan feola gear blon;

*Setteolesige.B.

urbem nominant, scripsit, jubente Synodo, suæ gentis librum egregium adversus errorem Britonũ; quo vel Pascha non suo tempore celebrant, vel alia perplura Ecclesiasticæ castitati & paci contraria gerunt. Multósque eorum, qui Occidentalibus Saxonibus subditi erant Britones, ad Catholicam dominici Paschæ celebrationem hujus lectione perduxit. Scripsit & de virginitate librum eximium, quem in exemplum Sedulii geminato opere, & versibus hexametris & prosâ composuit. Scripsit & alia nonnulla, utpote vir undecunq; doctissimus; nam & sermone nitidus, & SCRIPTURARUM (ut dixi) tam liberalium quàm Ecclesiasticarum erat eruditione mirandus. Quo defuncto, pontificatum pro eo suscepit * Forthere, qui usq; hodie superest, vir & ipse in SCRIPTURIS sanctis multùm eruditus. Quibus Episcopatum administrantibus statutum est synodali decreto, ut provincia Australium Saxonum, quæ eatenus ad civitatis Ventanæ, cui tunc Daniel præerat, paroeciam pertinebat, & ipsa sedem Episcopalem ac proprium haberet Episcopum. Consecratúsq; est eis primus antistes Eadberhtus, qui erat Abbas monasterii beatæ memoriæ Wilfridi Episcopi, quod dicitur * Seleseu: Quo defuncto, * Eolla suscepit officium pontificatûs. Ipso autem ante aliquot annos ex hac luce subtracto, Episcopatus usque hodie cessavit.

* Fortherus. T.
* Selesei. T. Seleseig. W.
* Sic MSS. sing.

Cap. 20.

Ut Coenred Merciorum, & Offa Orientalium Saxonum Rex, in monachico habitu, Romæ vitam finierint; & de vita vel obitu Wilfridi Episcopi.

Ƿæs ðy feorþan geare Osredes rices. ꝥ Cenred Myrcna rice æþelice * sume tide fore wæs. ⁊ micelre æþelicor ꝥ anweald þæs rices forlet. forþon he com to Rome ⁊ ðær sceare onfeng ⁊ munuc wæs geworden. on Constantines tidum ðæs Papan. ⁊ æt ðara Apostola stowe on gebedum ⁊ on fæstenum ⁊ on ælmesdædum awunode oþ þone ytemestan dæg; Ða feng æfter him to Myrcna rice Ceolred Æþelredes sunu. se ær Cenrede ꝥ ylce rice hæfde; Com eac swylce mid hine to Rome Sigeheres sunu east Seaxna cyninges ðæs we beforan gemynegodan ðæs nama wæs Offa. wæs he on iuguðe mon wilsumlicre yldo ⁊ fægernesse ⁊ ealre his ðeode leof heora rice to habbanne ⁊ to healdenne; Wæs he gewislicre wilsumnesse moder Cenrede ðam cyninge. forlet he his wif ⁊ land ⁊ magas ⁊ eþel for Cristes lufan. ⁊ for his godspelle. ꝥ he on þyssum life hund teontig fealdlice mede onfenge ⁊ on ðære toweardan worulde ece lif. ⁊ he sona ðes ðe he to Rome com to þam halgum stowum sceare onfeng. ⁊ on munuc hade his lif wæs endiende. ⁊ to gesyhþe þara eadigra Apostola on heofonum becom. ða he lange mid his mode wilsohte ⁊ wilnade; Ða ðy ylcan geare ðe ðas cyningas Breotone forlætan. se heah B. ⁊ se halga Wilfrið æfter xlv wintra ðæs onfongena. B. hades ðon ytemestan dæg tynde ⁊ forþferde. on ðære mægþe seo is gecyged Inundalum. ⁊ his lichoma wæs on cyste gedon. ⁊ wæs gelæded norþ ofer gemære on his mynstre þe is cweden Onhripum. ⁊ æfter gewitenre are swa myclum

* sume tide. *superscrip. Camd.*

Anno autem imperii Osredi quarto, Coenred qui regno Merciorum nobilissimè tempore aliquanto præfuerat, nobiliùs multò sceptra regni reliquit. Nam venit Romam, ibique attonsus, pontificatum habente Constantino, ac monachus factus ad limina Apostolorum in precibus, jejuniis, & eleemosynis usque ad diem permansit ultimum. Succedente in regnum * Ceolredo filio Æthilredi, qui ante ipsum Coenredum idem regnum tenebat. Venit autem cum illo & filius Sigheri Regis Orientalium Saxonum; cujus suprà meminimus, vocabulo Offa, juvenis amantissimæ ætatis & venustatis, totæque suæ genti ad tenenda servandáque regni sceptra exoptatissimus. Qui pari ductus devotione mentis, reliquit uxorem, agros, cognatos, & patriam propter Christum, & propter Evangelium, ut *in hac vita centuplum acciperet, & in seculo venturo vitam æternam.* Et ipse ergò, ubi ad loca sancta Romam pervenerunt, attonsus, & in monachico vitam habitu complens, ad visionem beatorum Apostolorum in cœlis diu desideratam pervenit. Eodem sanè anno quo hi Britanniam reliquere, antistes eximius Wilfridus, post quadraginta & quinque annos accepti Episcopatûs, diem clausit extremum, in provincia quæ vocatur Inundalum; corpúsque ejus loculo inditum, perlatum est in monasterium ipsius, quod dicitur Inrhypum, & juxta honorem tanto Pontifici

* C. & W.

clum B'. on Scē'. Petres cyricean ðæs Apostoles ƿæs bebyriged⁊ Be ðisses B'. lifes stealle fore-ƿeardum ƿe sculan feaƿum ƿordum gemynegian. Ða ðe be him gedone ƿæron⁊ Mid ðy he ƿæs godre gleaƿnesse cniht. ⁊ he þa yldo mid ðeaƿum oferstigende. ⁊ he sƿa gemetfæstlice ⁊ sƿa ymbsceaƿiendlice hine sylfne on eallum ðingum beheold þ he be geƿyrhtū fram his ealdormannum ƿæs * lufan. ⁊ arƿurþod. sƿa sƿa an of him sylfum. ðe geƿeaxen ƿæs. ⁊ hæfde xiiii ƿintra. þa he mynster lif þam ƿeoruld life forþær ⁊ gelufode⁊ Ðas þe he þa þ his fæder sæde. forþon his modor ær forþferde he þa lustlice his ƿillan ⁊ his heofonlicum lustum geþafode ⁊ gefultumade. ⁊ hine het ⁊ lærde þ he ðam halƿendan ongynnessum georne * gefeole. ða com he hraþe to Lindesfarena ea. ⁊ hine sylfne ðær on ðeoƿdum gesealde. þara muneca. ⁊ he geornlice ða ongan leornian. ⁊ don ða ðe he ongeat þ te belumpon to þære mynsterlican clænsunge ⁊ arfæstnesse. ⁊ forþon ðe he ƿæs scearpre gleaƿnesse. he hrædlice his sealmas geleornode. ⁊ eac feola oðra boca⁊ Ne ƿæs he hræðere þa gyt bescoren. ac hƿæþere he ðam þe on sceare maran ƿæron. on ðam mægnum eaðmodnesse ⁊ hyrsumnesse. nohte ðon læssa ƿæs. forþon he. ge fram ðam * ƿitum ge fram his efenealdum mid rihtre lufan lufad ƿæs⁊ Mid ðy he ða sum gear on ðam mynstre Gode ðeoƿode. ða ongeat he se iunga sticce mælum gleaƿes modes. þ þ ne ƿæs fulfremed ƿeg gastlicra mægna. ðe him fram Scottum sæd ⁊ seald ƿæs. ðohte ða ⁊ foresette on his mode þ he ƿolde cuman to Rome. ⁊ ðær geseon hƿylce cyriclice ðeaƿas oþþe mynster þeaƿas æt þam Apostolican setle healdene ƿæron⁊ Mid ðy he ða ðam broþrum þ sæde. ða heredon hi his ge-

myndo.

* lufod. B.

* befulge. B.

* ƿeotum. C.

congruum, in Ecclesia beati Apostoli Petri sepultum. De cujus statu vitæ (ut ad priora repedantes) paucis quæ sunt gesta memoremus. Cùm esset puer bonæ indolis, atque ætatem in probis moribus transigens; ità se modestè & circumspectè in omnibus gerebat, ut meritò à majoribus quasi unus ex ipsis amaretur, veneraretur, amplectaretur. Ubi quartum decimum ætatis contigit annum, monasticam seculari vitam prætulit. Quod ubi patri suo narravit (jam enim mater obierat) libenter ejus votis ac desideriis cœlestibus annuit, eúmque cœptis insistere salutaribus jussit. Venit ergò ad insulam Lindisfarnensem, ibique monachorum famulatui se contradens; diligenter ea quæ monasticæ castitatis ac pietatis erant, & discere curabat & agere. Et quia acris erat ingenii, didicit citissimè psalmos & aliquot codices; nec dum quidem adhuc attonsus: verùm eis qui tonsurâ majores sunt virtutibus, humilitatis & obedientiæ non mediocriter insignitus. Propter quod & à senioribus & coætaneis suis justo colebatur affectu. In quo videlicet monasterio cùm aliquot annos Deo serviret, animadvertit paulatim adolescens animi sagacis, minimè perfectam esse virtutis viam quæ tradebatur à Scotis; proposuítque animo venire Romam; & qui ad sedem Apostolicam ritus Ecclesiastici, sive monasteriales servarentur, videre. Quod cùm fratribus referret, laudaverunt ejus propositum, eúmq;

mynd. ⁊ his foresetnesse. ⁊ hi-
ne speonnan ⁊ lærdan. þ he ða
fore ðurhtuge. ðe he on his
mode gelufad hæfde. ⁊ he ða
hraðe com to Eanflæde ðære
cwene. forðon he wæs hire cuð.
⁊ mid hire ðeahte ⁊ fultume on
þ forespræcene mynster gedon
⁊ geðeoded wæs. sæde hire ða
his lust ⁊ willan þ his lufu wæ-
re þ he ða stowe neosode. ⁊ ge-
sohte. ðara eadigra Apl'. wæs
heo seo cwen sona lustfulliende
ðære godan foresetnesse ⁊ wil-
lan ðæs * iungan. sende hine þa (* geongan. C.)
to Cent to Earcenbyrhte þam
cyninge se wæs hire eames
suna. bæd þ he hine arwurþ-
lice to Rome onsende ; Ðære
tide ðær on Cent heold Hono-
rius ðone Arceb'. had. se wæs an
of discipulum ðæs eadigan Pa-
pan Sce'. Gregorii. wæs se wer on
cyriclicum wisum healice on-
timbred ⁊ gelæred ; Mid ðy he
ða se * iunga sum fæc ðær wuni- (* geonga. C.)
ende wæs mid hine. he ða cwices
modes geornlice leornade ða
ðing ðe he ðær geseah ⁊ sceawo-
de. com ðider eac swylce on ða
sylfan tid oþer iung man wæs
his nama Biscop. ⁊ his freo na-
ma Benedictus. wæs he of æþelre
* strynde Angel þeode. ðæs we (*gebyrde on Angel. B.)
beforan gemyndgodan. wolde he
eac swylce Rome gesecean. ðisses mannes geferscipe se
cyning. ða Wilfriþ gebeodde ⁊ him bebead þ he hine to
Rome gelædde ; Mid ðy hi ða to Lugdunum coman. ða wæs
Wilfrid ðær gehæfd fram Dalfino ðære ceastre B'. Be-
nedictus ðone ongunnenon siþfæt framlice to Rome ge-
ferde ; Ða ongan se B'. lustfullian ðæs iungan snyttro ⁊ his
wislicra worda. ⁊ his wlitan fægernesse. ⁊ glædnesse his
dæda ⁊ gestæþþinesse his geþohta ⁊ he him forðon eall ða
ðing genihtsumlice geaf ⁊ sealde. þe he hæfde ðearfe mid
his geferum swa lange swa hi mid him wæron. ⁊ him eac swyl-
ce gebead þ he him wolde syllan to healdenne ⁊ to weccanne
micelne

id quod mente disposuit, perfice-
re suadebant. At ille confestim
veniens ad reginam Eanfledam
quia notus erat, ejúsque consilio
& suffragiis præfato fuerat mona-
sterio sociatus, indicavit ei deside-
rium sibi inesse beatorum Aposto-
lorum limina visitandi. Quæ de-
lectata bono adolescentis propo-
sito, misit eum Cantiam ad Re-
gem Earconbertum, qui erat fi-
lius avunculi sui, postulans ut eum
honorificè Romam transmitteret.
Quo tempore ibi gradum Archi-
episcopatûs Honorius, unus ex
discipulis beati Papæ Gregorii,
vir in rebus Ecclesiasticis sublimi-
ter institutus, servabat. Ubi cùm
aliquamdiu demoratus adolescens
animi vivacis, diligenter his quę
incipiebat discendis operam da-
ret, supervenit illò alius adole-
scens nomine Biscop, cognomen-
to Benedictus, de nobilibus An-
glorum, cupiens & ipse Romam
venire, cujus suprà meminimus.
Hujus ergò comitatui Rex socia-
vit Wilfridum, atque illum secum
Romam perducere jussit. Qui
cùm Lugdunū pervenissent, Wil-
fridus à Dalfino civitatis Episco-
po ibi retentus est: Benedictus cœ-
ptum iter gnaviter Romam usque
complevit. Delectabatur enim
antistes prudentiâ verborum juve-
nis, gratiâ venusti vultûs, alacri-
tate actionis, & constantiâ ac ma-
turitate cogitationis. Unde &
omnia quæ necesse habebat, ab-
undanter ipsi cum sociis suis
(quam diu secum erant) dona-
bat. Et insuper offerebat, ut si
vellet partem Galliarum non mi-

micelne dæl Gallia rices. ⁊ him wolde his broþor dohtor *fæmne to wife gesyllan. ⁊ hine symle on bearn lufan habban wolde. Ða ðancode he him geornlice ðære arfæstnesse þe he him forgifen hæfde mid ðy he ælðeodig wæs. ⁊ him andswarede þ he oþer lif ma cure ⁊ lufode þonne þ woruld lif. ⁊ he forþon his eþel twurf forlet. ⁊ to Rome faran ongunne; Ða he ða se B'. þ gehyrde þa sende he hine mid latþeowe to Rome ⁊ hine ðider well gestyrde. ⁊ hine het þonne he eft to his eðle hweorfan wolde þ he to him come þ he hine wel ham gestyrde; Ða com he to Rome ⁊ ðær in gebedum ⁊ on smeaunge cyriclicra wisena. swa swa he on his mode forsette mid dæghwamlicre geornfulnesse weorðende wæs. becom he to freondscipe ðæs halgan weres ⁊ ðæs gelæredestan Bonefacius archidiacones se wæs eac swylce * wita ⁊ geþeahtere ðæs Apostolican Papan. ðæs lareowdome he of endebyrdnesse geleornode IIII Cristes bec ⁊ gewel rihtra Eastrena ⁊ monige oþre ða ðe belumpon to cyriclicum ðeodscipum. ðe he on his eðle leornian ne mihte. ⁊ se ylca magister him æghwæþer ge bec sealde ge lare. ⁊ mid ðy he ða feola monða ðær ðam gesæligum * geleorum geornlice abysegad wæs; Ða hwearf he eft on Gallia rice to Dalfino þam B'. his freonde. ⁊ III wintra mid him wæs wuniende. ⁊ he wæs to preoste bescoren fram him. ⁊ on swa mycelre lufan hæfed wæs. þ he þohte hine him to yrfewearde gedon. ac þ hwæþere swa wesan ne mihte. forþon se B'. wæs forgniden mid wællhreowe deaþe. ⁊ Wilfriþ wæs ma gehealden Angel þeode to B'. Sende *Balthild seo cwen mycel weorud ⁊ het þone B'. ofslean. þa he þa to ðære stowe læded wæs. ðær him mon

* æþele fæmnan C.

* weota. C.

* læsrum. B.

* *Sic MS. C. ut Lat.*

nimam illi regendam committeret, ac filiam fratris sui virginem illi conjugem daret, eúmque ipse loco adoptivi haberet. At ille gratias agens pietati, quam erga eum (cùm esset peregrinus) habere dignaretur, respondit; propositum se magìs alterius conversationis habere, atque ideo patriâ relictâ, Romam iter agere cœpisse. Quibus auditis, antistes misit eum Romam, dato duce itineris, & cunctis simul quę necessitas poscebat itineris largiter subministratis, obsecrans sedulò, ut cùm in patriam reverteretur, per se iter facere meminisset. Veniens verò [* *Wilfridus*] Romam, & orationibus, ac meditationi rerum Ecclesiasticarum (ut animo proposuerat) quotidianâ mancipatus instantiâ, pervenit ad amicitiam viri sanctissimi ac doctissimi Bonifacii, videlicet archidiaconi, qui etjam consiliarius erat Apostolici Papæ. Cujus magisterio quatuor Evangeliorum libros ex ordine didicit, computum Paschæ rationabilem, & alia multa, quæ in patria nequiverat, Ecclesiasticis disciplinis accommoda, eodem magistro tradente, percepit. Et cùm menses aliquot ibi in studiis occupatus felicibus exegisset, rediit ad Dalfinum in Galliam; & tres annos apud ipsum commoratus, attonsus est ab eo, & in tanto habitus amore, ut hæredem sibi illum facere cogitaret. Sed nè hoc fieri posset, antistes crudeli morte præreptus est; & Wilfridus ad suæ potiùs, hoc est, Anglorum gentis Episcopatum reservatus. Nam * Balthild Regina, missis militibus, Episcopum jussit interfici; quem ad locum quidem, quo de-

[*] *deest MSs. sing.*

* *C.* Baldhild. *T.*

sceolde ꝥ heafud ofslean. þa fyligde him Wilfrid his preost. ⁊ his hond þeng. ⁊ he wilnade ætgædere mid him sweltan. Ðeah ðe se B'. him ꝥ swiþe bewerede; Ac ðær ðe ða cwelleras hine ða ælþeodigne ongeaton. ⁊ ꝥ he of * Angle cumen wæs. aredon him ða. ⁊ ne woldan hine cwellan. mid ðy B'. ðeah ðe ꝥ his willa wære. ⁊ he ða eft on Breotone com. ⁊ hine geþeodde on freondscipe Ealhfriþes ðæs cyninges; Se cyning geleornode ꝥ he symle rihte regolas Godes cyricean fyligde. ⁊ lufode. ⁊ forþon þe he hine Wilfrid riht gefremedne ⁊ wisne * onfeng. ⁊ gemette. geaf he him sona ⁊ sealde tyn * hiwisca landes. on ðære stowe þe is cweden Stanford. ⁊ æfter medmiclum fæce sealde him mynster * xxx hiwisca. on stowe seo is geciged in Hrypum; Ða stowe he ær sealde mynster on to timbrianne ðam monnum. ða þe Scotta lare fyligdon. ac forþþon ðe hi æfter fæce. ða him * wic seald wæs. ma woldon of þære stowe gewitan. þonne hi woldan rihte Eastran healdan. ⁊ eac oþre regollice ðeawas onfon æfter gewunan ðære Romaniscan cyricean. ⁊ ðære Apostolican. ⁊ forþon he ða stowe ðam sealde ðone he geseah beteran ðeodscipum ⁊ ðeawum gelæredene; On ða tid to hæse ðær foresprecenan cyninges wæs Wilfrid to Mæsse Preoste gehalgod. on ðam ylcan mynstre. fram Ægelbyrhte west Seaxna B'. ðe we beforan gemynegodan. willnade he se cyning. ꝥ se wer swa mycelre gelærednesse ⁊ * arfæstnesse. him synderlice untodælede geferscipe Mæsse Preost ⁊ lareow wære. þone he eft na læs æfter miclum fæce. sende on Gallia rice. mid geþeahte ⁊ geðafunge Oswioes his fæder. bæd ꝥ hine mon him to Biscop gehalgode; Mid ðy he ða hæfde xxx

* Angel þeode. B.
*onfunde. B.
* hida.B
* ðritig hida. B.
* weox ⁊. B.
* ærfæstnesse.B

collandus erat, secutus est Wilfridus clericus illius, desiderans cum eo (tametsi ipso multùm prohibente) pariter occumbere. Sed hunc ubi peregrinum atque oriundum de natione Anglorum cognovere, carnifices pepercere illi; neque eum trucidare cum suo voluere Pontifice. At ille Britanniam veniens, conjunctus est amicitiis Alhfridi Regis, qui Catholicas Ecclesiæ regulas sequi semper, & amare didicerat. Unde & illi, quia Catholicum eum esse comperit, mox donavit terram decem familiarum, in loco qui dicitur Stanford: & non multò pòst Monasterium triginta familiarum, in loco qui vocatur Inhrypum. Quem videlicet locum dederat pridem ad construendum inibi monasterium his, qui Scotos sequebantur. Verùm quia illi postmodum optione datâ, maluerunt loco cedere, quàm Pascha Catholicum, cæterósque ritus canonicos, juxta Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ consuetudinem recipere, dedit hoc illi quem melioribus imbutum disciplinis ac moribus vidit. Quo in tempore ad jussionem præfati Regis presbyter ordinatus est in eodem monasterio ab Agilberhto Episcopo Gevissorum, cujus suprà meminimus; desiderante Rege, ut vir tantæ eruditionis ac religionis sibi specialiter individuo comitatu sacerdos esset ac doctor. Quem non multò pòst, detectâ & eliminatâ (ut suprà docuimus) Scotorum sectâ, Galliam mittens cum consilio atque consensu patris sui Oswi, Episcopum sibi rogavit ordinari,

wintra

wintra wæs se ylca Ægelbyrht on ða tid Parisiace ðære ceastre B. mid ðon wæron cumende oðre xi biscopas he wæs twelfta to his halgunge. ⁊ he swiðe arwurðlice ða ðenunge gefyldon ; Mid ðy he ða gyt wæs begeondan sæ wuniende. het Oswio se cyning gehalgian to B. on Eoforwic ceastre Ceaddan ðone halgan wer. swa swa we beforan gemynegodan. ⁊ he iii winter healice ða cyricean wæs reccende. ⁊ styrende. æfter ðon he gewat to his mynster scire. ꝥ is on * Læstinga ea ; Ða feng Wilfrið to B. scire ealra Norðan-hymbra mægðe ; ⁊ he æfter ðon on Ecgfriðes rice ðæs cyninges wæs adrifen of his B. scire. ⁊ oðre B. for him gehalgode wære we beforan gemynegodan. ða wæs he to Rome ferende. ⁊ beforan ðam Apostolican Papan his intingan wæs reccende ; Sona ðæs ðe he on scip eode ⁊ astah. ða bleow west wind ⁊ he wæs adrifen ꝥ he com up on Frysena land ⁊ he arwurðlice wæs onfongen fram ðam ællreordum. ⁊ fram * Eadgilse heora cyninge. bodade he him sona ⁊ lærde Cristes geleafan ⁊ monig ðusendo heora mid soðfæstnesse worde wæs ontimbrende. ⁊ hi fram unsyfernessum heora synna aðwoh mid fulluhte bæðe. ⁊ ꝥ æfter wæce Wilbrord se arwurða Cristes ðeow ⁊ B. on micelre wilsumnesse gefylde. he ærest ongan ꝥ weorc Cristes godspel læran. ⁊ he ðær ðone winter mid ðy niwan folce ðe he gestrynde gesælilice ⁊ wel wunode. ⁊ swa his siðfæt trymede ⁊ lærde ⁊ to Rome com ⁊ ðær ða ðe his intinga wæs geond sohte beforan Agaþon ðam Papan [* ⁊ manegum] biscopum. ⁊ eallra heora dome unscyldig ⁊ butan leahtrum wæs clæne gemeted ðara ðinga ðe hine mon fore wregde ⁊ onstælde. ⁊ ꝥ he wære his B. hade well wyrðe ; On ða sylfan tid se ylca Papa

*in Glæstinga igge. B. in Glastinga ea. C.

* Ealdgylse. B Aldgilse. C.

*Sic MS. B.

cùm esset annorum circiter triginta, eodem Agilberto tunc Episcopatum agente Parisiacæ civitatis; cum quo & alii undecim Episcopi ad dedicationem antistitis convenientes, multùm honorificè ministerium impleverunt. Quo adhuc in transmarinis partibus demorante, consecratus est in Episcopatum Eboraci, jubente Rege Oswi, Ceadda vir sanctus, ut suprà memoratum est; & tribus annis Ecclesiam sublimiter regens, dehinc ad monasterii sui, quod in * Læstingæ, curam secessit; accipiente Wilfrido Episcopatum totius Northanhymbrorum provinciæ. Qui deinde regnante Egfrido, pulsus est Episcopatu, & alii pro illo consecrati antistites, quorum suprà meminimus; Romámque iturus, & coram Apostolico Papa causam dicturus, ubi navem conscendit, flante Favonio pulsus est Fresiam, & honorificè susceptus à Barbaris ac Rege illorum * Aldgislo, prædicabat eis CHRISTUM, & multa eorum millia verbo VERITATIS instituens, à peccatorum suorum sordibus fonte Salvatoris abluit. Et quod postmodum Wilbrordus reverendissimus CHRISTI Pontifex, in magna devotione complevit, ipse primus ibi opus Evangelicum cœpit. Ibi ergò hyemem cùm nova Dei plebe feliciter exigens, sic Romam veniendi iter repetiit; & ubi causa ejus ventilata est, præsente Agathone Papâ, & pluribus Episcopis, universorum judicio, absque crimine accusatus fuisset, Episcopatu esse dignus inventus est. Quo in tempore idem

* C. Lestinga eá. Læstingaei. W.

* Aldgislo. W.

ða Agatthon gesomnode si-
noð on Rome byrig fif ⁊ hund
twelftig B'. wið ðam gedwol-
monnum. ða ðe bododan ⁊ lær-
don ænne willan. ⁊ an weorc on
Drihtne hælende. ða het he se
Papa eac Wilfrið B'. to ðam si-
noðe laðian. ⁊ him mon tæhte
setl betwih oðre B'. ⁊ het secgan
his geleafan ⁊ somod ðæs ealan-
des ⁊ ðære ðeode ðe he of com;
Mid ðy he wæs riht gelyfed on
geleafan mid his geferum ge-
meted. ða licode wis betwih oðre
dæde ðæs ylcan sinoðes. þ hi on
heora sinoðe swilce writon ge-
ðeoddon. ⁊ ðus writon betwih
him. Wilfrið Gode se leofa B'.
Eoforwic ceastre. þ Apostolice
setl be his intingan wæs gesecen-
de. ⁊ fram ðære Apostolican
mihte be cuðum ⁊ be uncuðū ðin-
gum wæs onlysed. ⁊ mid oðrum
fif ⁊ hund twelftigum his efen-
biscopū. on sinoðe on dom set-
le sittende wæs. ⁊ for eallum
norð dæle Breotone ⁊ Hibernia
ðam ealonde. ða fram Angel ðeo-
dum * ⁊ Bryttum. ⁊ Scotta. ⁊
Peohta. wæron bigangende soðne
geleafan. ⁊ riht gelyfedne wæs
andettende ⁊ mid his hand ge-
write getrymede ; Æfter ðis-
sum he hwearf eft to Breotone.
⁊ suð Seaxna mægðe fram deo-
folgylda ðeawum. to Cristes
geleafan gecyrde; ⁊ eac swylce Godes wordes ðegnas sende
on Wiht þ ealond. ⁊ ðy æfteran geare Aldfriðes rices ðæs
cyninges. se æfter Ecgfriðe to rice feng. onfeng he his B'.
setl ⁊ hine Aldfrið se cyning to gelaðode; Æfter fif gea-
rum eft he wæs oncunnen fram ðam ylcan cyninge ⁊ moni-
gum biscopum. ⁊ eft of his B'. scire adrifen wæs. ⁊ eft to
Rome com. ⁊ him wæs lyfnesse sealð þ he him moste scyl-
dan ⁊ * besecgan on ⁊weardnesse his gesacena. wæron ðær
monige B'. sittende mid Johannem ðone Apostolican Papan.
⁊ eallra heora dome wæs kyðed þ he his wregend ⁊ his gesa-
cen

* Bryt-ta. B.

* berec-can. B.

Papa Agatho, cùm Synodum congregaret Romæ centum vigintiquinque Episcoporum, adversùs eos qui unam in Domino salvatore voluntatem atq; operationem dogmatizabant, vocari jussit & Wilfridum, atque inter Episcopos consedentem, dicere fidem suam, simul & provinciæ sive insulæ, de qua venerat. Cùmque Catholicus fide, cum suis esset inventus, placuit hoc inter cætera ejusdem Synodi gestis inseri, scriptùmque est hoc modo: Wilfridus Deo amabilis Episcopus Eboracensis civitatis, Apostolicam sedem de sua causa appellans, & ab hac potestate de certis incertísque rebus absolutus, & cum aliis centum vigintiquinque coepiscopis in Synodo in judicii sede constitutus, & pro omni aquilonari parte Britanniæ & Hiberniæ insulis, quę ab Anglorum & Britonum, necnon Scotorum & Pictorum gentibus incoluntur, veram & Catholicam fidem confessus est, & conscriptione suâ corroboravit. Post hæc reversus Britanniam, provinciam Australium Saxonum ab idololatriæ ritibus ad Christi fidem convertit. Vectæ quoque insulæ Verbi ministros destinavit, & secundo anno Aldfridi, qui post Ecgfridum regnavit, sedē suam & Episcopatum, ipso rege invitâte, recepit. Sed post quinq; annos denuo accusatus ab eodem ipso rege, & plurimis Episcopis, prę sulatu pulsus est. Veniénsq; Romam cum præsentib9 accusatorib9, acciperet locum se defendendi, consedentibus Episcopis pluribus cum Apostolico Papa Johanne, omnium judicio probatum

can on miclum dæle licettunge 7 lease ƿiþ hine syredon 7 onfægdon. 7 þa heht se foresprecena Papa ærendgeƿrit ƿritan to Æþelrede 7 to Aldfriþe Ongel cyningum 7 þær onbead þæt hi ænninga gedydon þæt Ƿilfriþ ƿære onfongen on his B. scire. forþon ðe he hine unrihtlice benumen ƿære; Mid þy he ða ƿæs eft hƿeorfende to Breotone 7 he becom on dælas Gallia rices. þa ƿæs he gehrinen 7 gestonden semninga mid untrumnesse. 7 seo to þon sƿiþe ƿeox 7 hefegode þæt he æt nyhstan ne gan. ne on horse ridan mihte. ac on his þegna handum þæt he bære boren ƿæs. 7 sƿa gelæded ƿæs on Middan Gallia ceastre. 7 he þær læg IIII dagas. 7 IIII niht. sƿa sƿa dead mon nemne* þynne eþunge anre ætyƿde. þæt he lifes ƿæs; Mid ðy he sƿa butan mete 7 drynce. 7 butan spræce 7 gehyrnesse IIII dagas 7 niht fulle aƿunode. ða æt nyhstan on dagunge ðæs fiftan dæges sƿa he of hefigum slæpe onbrude. 7 ƿæs arisende. 7 up aset. 7 his eagan ontynde. 7 geseah ymb hine þreatas * singendra broþra somod 7 ƿependra. 7 he sume hƿile sæt 7 sƿorette. frægn ða 7 ahsode hƿær Acca Mæsse Preost ƿære. *cigde hine mon sona. 7 he inn to him

Sic MS. C. ut Lat. sed Cantab. ƿinne.

* sittendra 7 singendra. B.

* cleopode. C.

est, accusatores ejus nonnulla in parte falsas cõtra eum machinasse calumnias. Scriptũmq; est à præfato Papa regib9 Anglorũ Æthilredo & Aldfrido, ut eum in Episcopatum suum (eò quòd injustè fuerit condemnatus) facerent recipi. [Juvit autẽ causam absolutionis ejus lectio Synodi beatę memorię Papę Agathonis, quę quondam, ipso pręsente in urbe, atq; in eodẽ concilio inter Episcopos residente, ut prædiximus, acta est. Cùm enim causâ exigente, Synodus eadem coram nobilibus & frequentia populi, jubente Apostolico Papâ, diebus aliquot legeretur, ventum est ad locum, ubi scriptum erat: Wilfridus Deo amabilis Episcopus Eboracensis civitatis, Apostolicam sedem de sua causa appellans, & ab hac potestate de certis incertísque rebus absolutus, &c. quæ suprà posuimus. Quod ubi lectum est; stupor apprehendit audientes, & silente lectore, cœperunt alterutrum requirere, quis esset ille Wilfridus Episcopus. Tum Bonifacius consiliarius Apostolici Papæ, & alii perplures, qui eum temporibus Agathonis Papæ ubi viderunt, dicebant ipsum esse Episcopum, qui nuper Romam accusatus à suis, atque ab Apostolica sede judicandus, advenerat. Qui jamdudum, inquiunt, æquè accusatus huc adveniens, mox auditâ ac dijudicatâ causâ & controversiâ utriusque partis, à beatę memoriæ Papa Agathone probatus est, contra fas à suo Episcopatu repulsus; & tanto apud eum habitus est honore, ut ipsum in concilio quod congregarat Episcoporum, quasi virum incorruptæ fidei, & animi probi, residere præciperet. Quibus auditis dicebant omnes unà cum ipso Pontifice, virum tantæ authoritatis, qui per quadraginta propè annos Episcopatu fungebatur, nequaquam damnari debere: sed ad integrum culpis accusationum absolutum, patriam cum honore reverti.] Qui cùm Britanniam remeans in Galliarum partes devenisset, tactus est infirmitate repentinâ, & eâ crescente adeò pressus, ut neq; equo vehi posset, sed manibus ministrorum portaretur in grabato. Sic delatus in *Meldum civitatem Galliæ, quatuor diebus ac noctibus quasi mortuus jacebat, halitu tantùm pertenui quia viveret, demonstrans. Cúmq; ità fine cibo & potu, sine voce & auditu quatriduo perseveraret, quintâ demũ illucescente die, quasi de gravi experrectus somno exurgens resedit; apertísque oculis vidit circa se choros psallentium simul & flentium fratrum, ac modicum suspirans interrogavit, ubi esset Acca presbyter. Qui statim vocatus intravit, & videns eum

Sax. Middan

eode. ⁊ geseah þ him bet wæs. ⁊ he sprecan mihte. ⁊ he his cneow bigde. ⁊ Gode þanc sægde mid eallum ðam broþrum ðe ðær inne wæron æt him; ⁊ mid ðy hi ða sum fæc somod sæton. ⁊ sumu þing forhte sprecan ongunnon be ðam uplican domum Godes ælmihtiges. ða het se B. ða oþre broþru sume hwile utgan. ⁊ wæs ðus sprecende to Accan ðam *preoste; Me ætywde cw. he. hwene ær ondrysnlico gesihð ða ic ðe wille secgan. ⁊ cyþan. ⁊ ðe hate þ ðu hi gehele ⁊ gehealde oþ ðæt ic wite hwæt God wylle. hwæt be me geweorþe; Com me to ⁊ ætstod sum swiþe beorht mon. ⁊ scinende on hwitum gegyrelan. cw. þ he wære Michael se heah engel. ⁊ forþon ic eom sended. þ ic þe fram deaþe generede ⁊ alysde; Forgeaf þe Drihten lif ðurh gebedo ⁊ tearas ðinra discipula. ⁊ ðinra broþra. ⁊ þurh ðingunge his þære eadigan meder þære *unmælan fæmnan Scam. Marian. forþon ic ðe secge þ ðu nu bist hwæðlice fram ðysse untrumnesse gehæled. acwestu gearo forþon æfter feower gearum. ic eft hwyrfe ⁊ þe neosige. ðu becymest to þinum eðle. ⁊ þone mæstan dæl ðinra æhta. þu onfehst ða ðe on þe * genemde wæron. ⁊ on smyltre sibbe ðin lif geendast; Hwæt he se B. hine ða hraþe getrumade ⁊ ealle his geferan to þon * gefeon ⁊ Gode þoncunge dydon. ⁊ ðy ongunnenan siþfate to Breotone com. ⁊ he sealde ða ærend gewrito þe he brohte fram ðam Apostolican Papan ærest Brihtwalde ðam Arceb. to rædanne. ⁊ eft Æþelrede se wæs ær cyning. wæs ða Beardsætena abbud. ⁊ hi begen him lustlice ⁊ * anmodlice fultumedon. be wæs Papan hæse. ⁊ Æþelred sona to him laþede Cenred þone cyning. þam he Myrcna rice sealde. ⁊ he hine bæd ⁊ het þ he inlice þam B. freond wære. ⁊ he swa wæs. ac E-

aldfrið

*Mæsse Preoste. C.

* mære. B.

* genumene. B.

* fægnodon. B.

* eaðmodlice. C. neodlice. B.

meliùs habentē, ac loqui jam valentem, flexis genibus gratias egit Deo, cum omnib9 qui aderant fratrib9. Et cùm parum consedissent, ac de supernis judiciis trepidi aliqua confabulari cœpissent, jussit Pontifex cæteros ad horam egredi, & ad Accam presbyterum ità loqui exorsus est. Visio mihi modo tremenda apparuit, quam te audire ac silentio tegere volo, donec sciam quid de me fieri velit Deus. Astitit enim mihi quidam candido præclarus habitu, dicens se Michaelem esse Archangelum, & ob hoc, inquit, missus sum, ut te à morte revocem. Donavit enim tibi Dominus vitam per orationes ac lacrymas discipulorum & fratrum tuorum, & per intercessionem suæ beatæ [a] genetricis sempérque virginis Mariæ. Quapropter dico tibi, quia modò quidem ab infirmitate hac sanaberis: sed paratus esto, quia post quadriennium revertens visitabo te. Patriam verò perveniens maximam possessionum tuarum, quæ tibi ablatæ sunt, portionem recipies, atque in pace tranquilla vitam terminabis. Convaluit igitur Episcopus cunctis gaudentibus ac Deo gratias agentibus, cœptóque itinere Britanniam venit. Lectis autem epistolis quas ab Apostolico Papa advexerat, Berthwald Archiepiscopus & Æthilred quondam Rex, tunc autem Abbas, libentissimè faverunt. Qui videlicet Æthilred, accitum ad se * Coenredum, (quem pro se Regem fecerat) amicum Episcopo fieri petiit & impetravit. Sed Aldfridus Northanhumbrorum

* Kinredum. T.

Aldfrið Norðanhymbra cyning hine forhogode onfon. ne he lange tide ofer þæt lifigende wæs; ⁊ Ða wæs geworden sona ðæs ðe Osred his sunu to rice feng. þæt Sinoþ wæs gesomnod be Nide streame. ⁊ æfter hwylce hugu geflite æghwæþeres dæles. ða æt nyhstan him eallum fultumiendum wæs Wilfrið onfangen in B. had his cyricean. ⁊ he swa IIII gear þæt is oþ þone dæg his forðfore. he his lif lædde on smyltre sibbe ⁊ gefeonde. þa heofonlican wic gesah ⁊ gesohte; Ferde þe forþ on his mynstre þe he hæfde on Undalana mægþe under gerece Cuþbaldes ðæs Abbudes. ⁊ mid þenunge his broþra wæs gelæded on his þæt * ærre mynster þæt is geciged on Hrypum. ⁊ wæs arwurþlice gereted ⁊ bebyriged on Sce'. Petres cyricean þæs Apostoles be ðam * wigbede suþan. swa swa we ær beforan sægdon ⁊ gemyngedon;

* arce. B.
* wiofode. C. weofode. B.

Rex eum suscipere contempsit, nec longo tempore superfuit. Unde factum est, ut regnante Osredo filio ejus, mox Synodo factâ juxta fluvium Nidd, post aliquantum utriusque partis conflictum, tandem cunctis faventibus in præsulatum sit suæ receptus Ecclesiæ. Sicque quatuor annis, id est, usq; ad diem obitûs sui vitam duxit in pace. Defunctus est autem (quarto Idûs Octobris) in monasterio suo, quod habebat in provincia Undalum; sub regimine Cudbaldi Abbatis, & ministerio fratrum, perlatus in primum suum monasterium, quod dicitur Inhrypum, positúsque est in Ecclesia beati Apostoli Petri juxta altare ad Austrum, ut & suprà docuimus: [& hoc de illo supra Epitaphium est scriptum.

Wilfridus hic magnus requiescit corpore præsul:
Hanc Domino qui aulam, ductus pietatis amore,
Fecit; & eximio sacravit nomine Petri,
Cui claves cœli Christus dedit arbiter orbis:
Atque auro ac tyrio devotus vestiit ostro.
Quin etiam sublime crucis radiante metallo,
Hic posuit trophæum, necnon & quatuor auro
Scribi Evangelii præcepit in ordine libros.
Ac thecam è rutilo his condignam condidit auro,
Paschalis qui etiam solennia tempora cursus,
Catholici ad justum correxit dogma canonis;
Quem statuere patres, dubióque errore remoto,
Certa suæ genti ostendit moderamina ritus.
Inq; locis istis monachorum examina crebra
Colligit; at monitis cavit quæ regula patrum
Sedulus instituit, multísque domíque, forísque
Jactatus nimiùm per tempora longa periclis,
Quindecies ternos postquam egit Episcopus annos,
Transiit, & gaudens cœlestia regna petivit:
Dona Jesu ut grex pastoris calle sequatur.]

NOTÆ.

ª Per intercessionem suæ Beatæ genetricis, semperque virginis Mariæ.---- *De* intercessione *B. Mariæ vide obsecro pag.* 313. *lin.* 34. *Quòd sancti triumphantes pro militantibus per sola Christi merita intercedant, nescio quid indè absurdi sequitur, quod cum fide Catholica pugnabit. Sed cùm opinio de virginis Mariæ ab originali contagio immunitate, intercessionem à meritis Christi ad sua, aliqua ex parte, detorquere videatur; inquirendum obiter hujusmodi doctrinam necne Romano*

no Saxonica Ecclesia in rostris professa fuerit: atqui interim de ipsa B. Virginis SINGULARI *invocatione, nihil habeo, silentibus Scripturis, quod statuam. Verùm Romano-Saxonica Ecclesia, sub inscriptione* DE S. MARIA *audiatur. Sic Latinè lubet transferre.*

Serm. Cathol. pag. 436.

Hwæt wylle we secgan ymbe Marian gebyrd tide. buton þ heo wæs gestryned ðurh fæder ⁊ ðurh moder swa swa oþre men ⁊ wæs on þa dæge acenned þe we cweðað sexta Idus Septembris. hire fæder hatte Joachim. ⁊ hire moder Anna. eawfæste men on ðære ealdan æ. ac we nellaþ be ðam na swiþor awritan þy læs þe we on ænigum gedwylde befeallon; Eac þæs dæges godspel is swiþe earfoþe læwedum mannum to understandenne. hit is eal mæst mid haligra manna naman geset. ⁊ hi habbaþ swyþe langsume trahtnunge æfter ðam gastlicum andgite. ði we hit lætaþ unsæd;

*Quid de tempore natalium Mariæ festivo dicere velimus. Nisi quod per patrem, pérque matrem, sicut * alii homines procreata esset: quódque die illo, quem sextum idûs Septembris dicimus, esset prognata. Pater ejus dicebatur Joachim; matérque ejus Anna; homines in veteri Lege religiosi. * Verùm de ipsis nolumus plùs scribere, nè* in errores aliquos incidamus. *Nec non hujus diei Evangelium hominibus Laicis, intellectu valde difficile exsistit: Sanctorum enim hominum nominibus totum ferè obsitum est; & expositionem habent valde prolixam, juxta sensum spiritualem: illum ergò dicere prætermittimus.*

* *Sed alii homines haud sunt sine originali peccato concepti.*

* *Vide pag. 172. lin. 42.*

Et viii. Kal'. APRIL. Annunciatio S. Mariæ; *in verba*, Missus est angelus.
pag. 85. lin. 10.

Sic Latinè transfero.

Hu mæg þ beon þ ic cild hæbbe. forþan ðe ic nanes weres ne bruce? Ic geteohode min lif on mægþhade to geendigenne; Hu mæg hit ðonne gewurþan þ ic butan weres gemanan cennan scyle? Ða andwyrde se engel þam mædene; Se halga gast cymð ufen on ðe. ⁊ mihte ðæs hyhstan oferscedewað ðe; Ðurh ðæs halgan Gastes fremminge swa swa we ær cwædon. wearþ Crist acenned on ðære menniscnysse. ⁊ Maria his moder wæs ofersceadewed ðurh mihte ðæs halgan gastes; Hu wæs heo ofersceadewod? Heo wæs swa ofersceadewod. þ heo wæs geclænsod ⁊ gescyld wið ealle leahtras. þurh mihte ðæs halgan gastes. ⁊ mid heofenlicum gifum gefilled. ⁊ gehalgod; Se engel cwæþ; þ halige ðe of þe biþ acenned bið geciged Godes sunu; Witodlice ealle menn beoþ swa swa se witega cwæþ. mid unrihtwisnysse geeacnode. ⁊ mid synnum acennede. ac ure Hælend ana wæs geeacnod butan unrihtwisnysse. ⁊ butan synnum acenned;

Quî hoc fieri potest, ego ut puerpera sim, quia nullo viro fruebar? vitam ego meam in virginitate ad finem usque traduxi. Quî tum potest esse, ut ego absque viri consortio conciperem? tunc Angelus virgini respondit, Spiritus sanctus te superveniet, & virtus excelsi te obumbrabit. *Per operationem S. Spiritûs, sicut antè diximus, erat Christus in humana natura genitus: matérque ejus Maria, virtute Spiritûs sancti erat obumbrata? Quomodo erat obumbrata? sic erat obumbrata: scil. ut pura facta esset, & contra nequitias omnes virtute S. Spiritûs munita, gratiísque cœlestibus impleta, & sanctificata. Angelus dixit,* Sanctum illud quod ex te genitum erit, Filius Dei vocabitur. *Revera,* * OMNES HOMINES, *sicut dixit Propheta,* in iniquitate sunt concepti, & in peccatis procreati: *verùm Salvator noster* * SOLUS *absque iniquitate conceptus, & absque peccatis procreatus.*

* *annon ergò B. θεοτόκος?*

* *ergóne θεοτόκος?*

Sed

Sed ne quid celare videar quod excellentiam S. Mariæ extulit (cujus quoque encomia sacra pagina meritò illustrat,) en vobis Latinè damus, quæ die assumptionis ejus, coram populo recitata erant: sed Lector Catholicus, quæ catholicè dicta existimantur, à minùs Catholicis speculationibus cautè distinguat.

Serm. Cathol. p. 189.

Blissige eal middan geard forþan þe nu to dæg us eallum is ðurh hire geearnunga hæl geyht. þurh ure ealdan modor Evan us wearþ heofonan rices geat belocen. ⁊ eft ðurh Marian hit is us geopenod. þurh ꝥ heo sylf nu to dæg ƿuldorfullice inferde; God ðurh his ƿitegan us bebead ꝥ ƿe sceolon hine herian. ⁊ mærsian on his halgum. on ðam he is ƿundorlic. micle sƿiþor gedafenað ꝥ ƿe hine on ðisre mæran freolstide his eadigan meder mid lofsangum ⁊ ƿurþfullum herungum ƿurðian sceolon. forþan þe untƿylice eal hire ƿurþmynt is Godes herung. uton nu forði mid ealre estfulnysse ures meder ðas mæran freolstide ƿurþian. forþan ðe ꝥ riþfæt ure hæle is on lofsangum ures Drihtnes. ða ðe on mægð hade ƿuniaþ blission hi forðan ðe hi gearnodon ꝥ beon ꝥ hi heriað. habbon hi hoge. ꝥ hi syn sƿylce ꝥ hi ƿurþfullice herigan magon ða ðe on clænan ƿudeƿan hade sind. herion hi. ⁊ arƿurþion. forþan ðe sƿutol is ꝥ hi ne magon beon clæne butan ðurh Cristes gife. seo ðe ƿæs fulfremedlice on Marian ðe hi herigað; herigan eac ⁊ ƿurþian ða ðe on sinscipe ƿuniaþ. forþan þe ðanon flewð eallum mildheortnys ⁊ gifu ꝥ hi herigan magon; Gif hƿa synful sy he andette. ⁊ nalæs hƿiȝe. ðeah ðe ne beo ƿlitig lof on þæs synfullan muþe. hƿæþere ne gesƿice he ðære herunge forþan ðe ðanon him is behaten forgyfenys;

Lætetur totus mundus, quoniam nunc hodie nobis omnibus per * *merita ejus salus ampliatur. Per Evam matrem nostram grandævam janua regni cœlestis nobis occlusa fuit; & per Mariam nobis denuo reserata. Per* * *eam illa ipsa nunc hodie gloriosè ingressa est. Deus per Prophetam suum nobis mandavit,* * ILLUM ut laudemus, & magnificemus in sanctis suis, in quibus mirificus est. *Multò magis convenit* * ILLUM *in hac magna Beata matris suæ solennitate, hymnis & gloriosis laudationibus celebrare.* Nam procul dubio omnis honor ejus est * DEI LAUDATIO. *Nos ob id, modò omni mentis nostræ desiderio magnam hanc solennitatem celebremus: salutis enim nostræ semita, in laudationibus* * Domini nostri [sita] *est. Qui manent in virginitate* * *illi lætentur, qui id esse assecuti sunt ut laudare possent, curam habeant ut sint ejusmodi, qui dignè laudare possent. Qui in casta manent viduitate, lætentur illi, celebrentque: manifestum enim est, quòd casti esse haud possent absque* * CHRISTI *gratia, quæ erat perfectè [conspicua] in Maria, quam illi laudant. Laudent etiam celebrentque qui in connubio persistunt: indè enim misericordia fluit omnibus, & dona, ut possent laudare. Si quis peccator sit, fateatur; & nihilo secus laudet. Laus licèt in ore peccatoris haud pulcra est, ne cesset tamen à laudatione; indè enim ipsi promittitur condonatio.*

* Θεοτόκου merita, Christi gratia.

* quia solus Christus Mariæ filius, regnum cœlorum reseravit.

* *Nota.*

* *Nota.*

* *Nota.*

* *Nota.*

* *Nota.*

* *aliàs*, meriti sunt.

* *Nota.*

Sed quòd Sancti triumphantes militantem Ecclesiam curent satis prolixè loquuntur homiliæ; licèt diserta Scripturarum verba ambiguitate carentia desiderentur.

Vide Homiliam sub inscriptione, IN NATALE UNIUS APOSTOLI, *in verba* Quicquid rogatis Patrem in nomine meo. *pag.* 461. *lin.* 29. *Sic Latinè damus.*

Micel heap holdra freonda ure ⁊bidaþ ðær. orsorh be him sylfum. carful gyt for ure hælþe; Uton forþi efstan to urum eþele. þ ƿe magon ure frynd geseon. ⁊ ure siblingas gegretan; Drihten cwæþ. Swa hwæt swa ge biddaþ æt minum Fæder on minum naman he sylþ eow; Drihtenes nama is IHS. þ is hælend ⁊ se bitt on ðæs hælendes naman se þe ðæs bitt þe belimpþ to soþre hæle;

Ingens cœtus familiarium amicorum nos ibi [in cælis] expectat; de seipsis minùs curiosi, pro salute verò nostra soliciti; in nostram ergò patriam confluamus, ut nostros amicos videre, & affines nostros salutare possemus. Dominus ait, Quicquid rogetis patrem in nomine *MEO, id dabit vobis. *Nomen Domini est* IHS, *hoc est, Salvator: ille autē rogat in nomine Jesu, qui rogat id quod ad æternam salutem spectat.*

Quid moramur? hoc unicum hic & passim premit Romano-Saxonica Ecclesia, oportere nos ipsum Filium Dei, *in precibus nostris supplices semper alloqui. Et quamvis ætas illa orationes, & intercessiones sanctis defunctis pro nobis tribuerit, tamen doctrina ecclesiæ populum instituit & urget non Sanctos, sed Jesum orando appellare.*

Audiatur Homilista viii. *Kal. Jul.* NAT. S. JOHANNIS BAPTISTÆ, *Serm. Cathol. pag.* 158. *lin.* 26.

Uton nu biddan þone ƿealdendan hælend þ he þurh his ðæs mæran forryneles ⁊ fulluhteres þingunge us gemiltsige on andƿeardum life. ⁊ to þam ecan gelæde. þam sy ƿuldor ⁊ lof mid fæder ⁊ halgum gaste. á on ecnysse. Amen;

Nos modò Jesum omnipotentem *obsecremus, ut* IPSE **per magni hujus præcursoris, & Baptistæ intercessionem, in præsenti vita, nostri misereri velit; & in æternam ducere:* *CUI *sit honor & gloria cum* PATRE *&* SPIRITU *sancto, semper in secula. Amen.*

**sed propter merita sua.*

*non ait, *& S. Johanni Bapt.*

Vide notas in cap. 21.

CAP. 21.

Ut religioso Abbati Adriano Albinus, Wilfrido in Episcopatum Acca successerit.

ÐY nyhstan geare æfter forþsiþe ðæs foresprecenan fæder þ is þy fiftan geare of Osredes rices ðæs cyninges se arƿurþa ƿer Adrianus Abbad forþferde. se ƿæs efen ƿyrcend on Godes ƿorde ðære eadigan gemynde Theodorus ArceB'. ⁊ on his mynstre on cyricean ðære eadigan fæmnan Sca'. Marian bebyriged ƿæs. ymb an ⁊ feoƿertig ƿintra ðæs ðe he fram Vitaliano þam Papan hider mid Theodor B'. sended ƿæs; Ðæs Abbad lare ætgædere ⁊ Ðeodores ðæs B'. beƿiþ oþre cyðnesse sagaþ. þ Albinus ðæs Abbudes discipul.

ANno post obitum præfati Patris proximo, id est, quinto Osredi Regis, reverendissimus pater Adrianus Abbas, cooperator in VERBO DEI Theodori, beatæ memoriæ Episcopi, defunctus est; & in monasterio suo, in Ecclesia beatæ Dei genetricis sepultus. Qui est annus quadragesimus primus, ex quo à Vitaliano Papa directus est cum Theodoro: ex quo autem Britanniam venit tricesimusnonus. Cujus doctrinæ, simul & Theodori, inter alia, testimonium perhibet, quòd Albinus

se to his mynstres gerece æfter him feng. þæt he wæs swa swyþe on gelærum halgra gewrita gelæred. þæt he Grecisc gereord of miclum dæle cuðe. ⁊ Leden him wæs swa cuþ. ⁊ swa *gemimor swa swa Englisc þæt him gecyndelic wæs ⁊ Ða onfeng for Wilfriþe Biscop had þære cyricean æt Heagostealdes ea. Acca his Mæsse Preost. wæs he se wer se *formesta ⁊ for Gode ⁊ for mannum micellic. ⁊ he his cyricean getimbrade. seo on are Scē. Andree ðæs Apostoles gehalgad is. monigfealde wlite. ⁊ wundorlicum weorcum gebrædde ⁊ gemonigfylde; ⁊ he micle geornfulnesse dyde. þæt he æghwanon mæst reliquia begeate ðara eadigra Apl'a. ⁊ Cristes martyra. ⁊ on heora weorþunge *wibedas sette. ⁊ porticas worhte. ⁊ todælde on þæt sylfe binnan þære ylcan cyricean weallum; Swylce eac spell heora þrowunge ætgædere mid oþrum cyriclicum bocum mid micelre geornfulnesse gesomnade. ⁊ ðider micel *boc gestreon ⁊ æþele begeat. swylce he eac husul fatu ⁊ leoht fatu. ⁊ monig oþer ðysses gemetes ða ðe to Godes huses frætwednesse belimpað he geornfullice gegearwode; ⁊ ac swylce he sumne æþelne cyric sangere begeat se wæs *Mafa haten. se wæs on Cent on sangcræft gelæred fram æfterfylgendū þara discipula þæs eadigan Papan Scē. Gregorius. ⁊ he þone xii wintra mid him hæfde. ⁊ he gehwæþer ge þa cyric sangas lærde þe hi ær ne cuþan. ge eac þa þe hi iu cuþan ⁊ langre gymeleasnesse ealdian ongunnon. ða eft mid his lare on ðone ærran steall geedniwode wæron; Wæs he eac sylfa Acca B'. se *getrywesta sangere. swylce eac he wæs on halgum gewritum se gelæredesta. ⁊ on andetnesse þæs rihtan geleafan se clæne-

* swa meomor. C.

* fore mæresta. C.

* weofodas. C.

* boca streon C.

* Mava. B.

* getydesta. B. & C.

discipulus ejus, qui monasterio ipsius in regimine successit, in tantum studiis SCRIPTURARUM institutus est, ut Græcam quidem linguam non parva ex parte, Latinam verò non minùs quàm Anglorum, quæ sibi naturalis est, noverit. Suscepit verò pro Wilfrido Episcopatum Hagustaldensis Ecclesiæ Acca presbyter ejus; vir & ipse strenuissimus, & coram Deo & hominibus magnificus, qui & ipsius Ecclesiæ suæ, quæ in beati Andreæ Apostoli honorem consecrata est, ædificium, multifario decore ac mirificis ampliavit operibus. Dedit namque operam (quod & hodie facit) ut acquisitis undecunq; [a] reliquiis beatorum Apostolorum & martyrum Christi, in venerationem illorum poneret altaria, distinctis porticibus in hoc ipsum, intra muros ejusdem Ecclesiæ. Sed & historias passionum eorum, unà cum cæteris Ecclesiasticis voluminibus summâ industriâ congregans, amplissimam ibi ac nobilissimam bibliothecam fecit: Necnon & vasa sancta & luminaria aliáque hujusmodi quæ ad ornatum domûs Dei pertinent, studiosissimè paravit. Cantorem quoque egregium nomine * Masan, qui à successoribus discipulorum beati Papæ Gregorii in Cantia fuerat cantandi sonos edoctus, ad se suósque instituendos accersiit, ac per annos duodecim tenuit, quatenus & ea, quæ illi non noverant, carmina Ecclesiastica, doceret; & ea quæ quondam cognita longo usu vel negligentiâ inveterare cœperant, hujus doctrinâ in priscum renovarentur statum: Nam & ipse Episcopus Acca cantator erat peritissimus, quomodo etiam in literis SANCTIS doctissimus, & in Catholicæ fidei confessione castis-

* C. Mabbanum.

*regollicum. B.

sta. ⁊ he wæs in * regolum cyriclicra gesetnesse se behydegæsta ða to healdenne. ⁊ he ðæs ne blon. oþþæt he fram Gode mede onfeng his arfæstnesse wilsumnesse; Wæs he ærest fram his cnihthade on geferscipe þæs halgan Bosan. ⁊ Gode þæs leofan Eoforwic ceastre biscopes afeded. ⁊ gelæred; Æfter þon he com to Wilfriþe B. mid hyhte betera foresetnesse. ⁊ eall his yldo ⁊ lif on his þenunge gefylde. oþ his forþfore. mid ðone he eac swylce to Rome wæs cumende. ⁊ monig nytlico ðing. ðe he on his eþle ne mihte cyriclicra gesetnessa ðær he geseah ⁊ geleornode. ⁊ ða wel heold ⁊ læste oþ his lifes ende;

simus; in Ecclesiasticæ quoque institutionis regulis solertissimus exstiterat; & usque dum sua præmia piæ devotionis acciperet, existere non desistit. Utpote qui à pueritia, in clero sanctissimi, ac Deo dilecti Bosa Eboracensis Episcopi nutritus, atq; eruditus est. Deinde ad Wilfridum Episcopum spe melioris propositi adveniens, omnem in ejus obsequio usque ad obitum illius explevit ætatem. Cum quo etiam Romam veniens, multa illic, quæ in patria nequiverat, Ecclesiæ sanctæ institutionis, utilia didicit.

NOTÆ.

[a] Ut acquisitis undique reliquiis beatorum Apostolorum, in venerationem istorum poneret altaria--- sed & historias--- cum Ecclesiasticis voluminibus.-- *Vide notas in cap. 12. Finis reliquiarum erat Sanctorum, quorum erant, commemoratio; & adversariorum, scil. dæmonum oblivio, & exstinctio: Quæ cùm finem suum assecuta fuerint, puerilia dehinc nugamenta saniores intelligunt. Absit ergò ut in cibum mutentur hæc infirma & infirmorum pharmaca: Quibus ad expellendum serpentis veteris venenum, prima Ecclesia, quæ in hoc, imbecillis gentibus cedebat, usa est. Sed hæc futilia elementa Laicorum libros hodie appellent soli desides; qui, sacris historiis & voluminibus abjectis, umbratili imaginum, & reliquiarum, quas ementitas hodie esse mundus jam comperuit, inspectione oculos mentésque pascere delectant. Sufficiet quod* Theodoritus docuit de Labaro Constantini in effigiem crucis mutato.* ῞Ωστε τῇ συνεχεῖ δὲ καὶ θεραπείᾳ ἀποσπάσαι τῶν πατρίων τοὺς ἀρχομένους--- Ut assiduo (*inquit ille*) ejus aspectu, & curâ, sive diligentiâ [*non ut Latinus Interpr.* cultu: *θεραπεία enim*] religiosa *rerum sacris usibus sacratarum* custodia & tractatio, *longissimè diversum quid à cultu, δουλεία, scil. & λατρεία, quæ soli Deo debetur, exprimit.*] subditos suos pedetentim à patriis ritibus desuefaceret: cúmque solum Deum existimarent, quem coleret imperator; atque illo duce & adjutore, in bello contra hostes gerendo uterentur. *Sic Theodoritus.* Quomodo ergò iterum ad infirma & egena elementa (quibus denuo, *non tantùm θεραπεύειν, quod nimium est, sed & δουλεύειν, servire velint Catholici quidam,*) *revertentur? Sed utinam superstitioni nutantis populi mederi voluisset concilium Tridentinum, æquè rectè atque visum erat monuisse: Sess. nona, viz.* Omnis porro, (*inquit Concil.*) superstitio in Sanctorum invocatione, reliquiarum veneratione, & imaginum sacro usu tollatur. *Quo se vertet populus Christianus? Nam* Sanctos invocare, imaginibus venerationem debitam impetiri, illas osculari, & coram illis caput aperire, honorem illis exhibere, & PROCUMBERE, *Concilium paulò antè docuerat; nunc autem* superstitionem caveant, *dum tales præstant cultus, jubent Tridentini: Quasi acutissimus quispiam scholasticorum docere possit crassa rusticorum ingenia, superstitionem, ab æqua crassa superstitione, vel mente quidem, nedum opere, avellere, atque separare. Christum* invocent: *Illi* venerationem debitam impertiantur: *Filium* osculentur: coram illo *in sacris caput* aperiant. *Illi soli* procumbant: *nec aliquis circa sanctos, & reliquias locus erit reliquus superstitioni.*

*lib. 1. cap. 4.

CAP.

Cap. 22.

Ut Ceolfrid Abbas Regi Pictorum architectos Ecclesiæ, simul & epistolam de Catholico Pascha, & tonsura miserit.

ÐYssum tidum Naitan Peohta cyning. ðe ðone norþdæl Breotone eardiaþ. ƿæs he monad mid gelomlicre smeaƿunge ⁊ leornunge ciriclicra geƿrita ꝥ he gedƿolan ƿiðsoc. ⁊ ðone ne gedafode se oþ ꝥ on his þeode hæfed ƿæs. be gehylde rihtra Eastrana. ⁊ he hine ⁊ his þeode gelærde to mærsianne ⁊ to ƿeorþianne ða riht gesettan tide. ⁊ ðære Drihtenlican æriste; ⁊ ꝥ he ꝥ mihte mid ðy maran ealdorlicnesse * ðrohtian ⁊ gefremman. sohte he him fultum of Angol ðeode. ðe he geare ongeat ⁊ ƿiste ꝥ hi ða æfestnesse geleornad ⁊ onfongen hæfdon to bysene ðære halgan Romaniscan cyrican ⁊ ðære Apostolican; Sende he * ærendracan to þam arƿurþan ƿere Ceolfriþes. se ƿæs Abbud ðæs mynstres ðara eadigra Apostola Petrus ⁊ Paulus. ꝥ is æt Ƿire muþan. ⁊ be Tinan ðære ea. on ðære stoƿe ðe is gecyged on Gyrƿum. ðam Abbudome he Ceolfriþ ƿuldorlice fore ƿæs. æfter Benedicte. be þam ƿe beforan sægdon. bæd he se cyning ðone Abbud ꝥ he him sende trymmendlice stafas. ⁊ geƿrito. mid ðam ðe ðy mihtlicor ƿiþscufan mihte. ða ðe gedyrstigedon ꝥ hi Eastran heoldan ⁊ ƿurþedon butan heora rihtre tide; Sƿylce he eac befrægn ⁊ acsade be gemette rihtre Godes þeoƿ sceare þe preostas ⁊ Godes ðeoƿas getacnade beon sceoldon; Bæd he se cyning eac hine ꝥ he him onsende sumne heah cræftigan stan geƿorces. ꝥ he mihte æfter Romana þeaƿe cyricean timbrian. ⁊ ƿæs gehatende ꝥ he þa ƿolde on are ðæs eadigan ealdres þara Apostola gehalgian Sce'. Petre. ⁊ eac gehet ꝥ he sylfa ƿolde mid ealre his þeode þone þeaƿ symble onhyrian

* þurhteon. B. & C.

ærendƿrita. C.

EO tempore * Naiton Rex Pictorum (qui Septentrionales Britanniæ plagas inhabitant) admonitus Ecclesiasticarum frequenti meditatione Scripturarum abrenunciavit errori, quo eatenus in observatione Paschæ, cum sua gente, tenebatur; & se suósque omnes ad* Catholicum dominicæ resurrectionis tempus celebrandum perduxit. Quod ut faciliùs & majori autoritate perficeret, quæsivit auxilium de gente Anglorum, quos jamdudum ad exemplum sanctæ Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ, suam religionem instituisse cognovit. Siquidem misit legatarios ad virum venerabilem Ceolfridum, Abbatem monasterii beatorum Apostolorum Petri & Pauli, quod est ad ostium Wiri amnis, & juxta amnem * Tina, in loco qui vocatur * Ingyrvum; cui ipse post Benedictum (de quo suprà diximus) gloriosissimè præfuit; postulans ut exhortatorias sibi literas mitteret, quibus potentiùs consutare posset eos, qui Pascha non suo tempore observare præsumerent; simul & de tonsuræ modo vel ratione quâ clericos insigniri deceret. [Excepto quòd etiam ipse in his non parva ex parte esset imbutus,] sed & architectos sibi mitti petiit, qui juxta morem Romanorum, Ecclesiam de lapide ingenti ipsius facerent, promittens hanc in honorem beati Apostolorum principis * dedicandam: se quoque ipsum cum suis omnibus morem sanctæ Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ

* *C.* Naitonis. *T.* Natton. *W.*

* *Sic MSs. sing.*

* *MSs. W. & C.* Tine. *T.*

* *MS. W. & C.*

* *Sax.* principis Apostolorum S. Petri.

*Sic MS. B.

⁊ healdan ðære [*halgan] Romaniscan cyricean. ⁊ ðære Apostolican swa forþ swa we ƿynmest geleornian magon. Ðæs cyninges arfæstnesse willum ⁊ benum wæs fultumiende se arwyrþa Abbad Ceolfriþ. sende him cræftige wyrhtan [*þa þe he biddende wæs] ⁊ stænene cyricean to timbrianne. sende him eac stafas ⁊ gewrit be gehealde rihtra Eastrana ⁊ be Godes ðeowes sceare. eac oþrum rihtum Godes cyricean.

* Sic MS. B. ut Lat.

semper imitaturum, in quantum duntaxat [tam longè à Romanorum loquela & natione segregati,] hunc ediscere potuissent. Cujus religiosis votis ac precibus favens reverendissimus Abbas Ceolfrid, misit architectos quos petebat, & literas scriptas in hunc modum.

Deest Sax.

D*omino excellentissimo & gloriosissimo Regi Naitono Ceolfrid Abbas, in Domino, salutem. Catholicam sancti Pascha observantiam, quam à nobis* (*Rex*) *Deo devotè religioso studio quæsisti, promptissimè ac libentissimè tuo desiderio* (*juxta quod ab Apostolica sede didicimus,*) *patefacere satagimus. Scimus namque cœlitus sanctæ Ecclesiæ donatum, quotiens ipsi rerum Domini discendæ, docendæ, custodiendæ veritati operam impendunt. Nam & verè omnino dixit quidam secularium scriptorum, quia* felicissimo mundi statu ageretur, si vel Reges philosopharentur, vel regnarent Philosophi. *Quod si de philosophia hujus mundi, verè intelligere de statu hujus mundi, meritò diligere potuit homo hunc mundum: quantò magis civibus patriæ cœlestis in hoc mundo peregrinantibus optandum est, & totis animi viribus supplicandum, ut quò plus in mundo quique valent, eò ampliùs ejus qui super omnia est, judicis mandatis auscultare contendant, atque ad hæc observanda, secum eos quoque, qui sibi commissi sunt, & exemplis simul, & autoritate instituant. Tres sunt ergò regulæ sacris inditæ literis, quibus Pascha celebrandi tempus nobis præfinitum, nullâ prorsus humanâ licèt autoritate mutari: è quibus duæ in lege Moysi divinitus statutæ; tertia in Evangelio per effectum dominicæ passionis & resurrectionis adjuncta est. Præcepit enim lex, ut Pascha primo mense anni & tertia ejusdem mensis septimana. id est, à quinta decima die usque ad vicesimam primam fieri deberet. Additum est per institutionem Apostolicam ex Evangelio, ut in ipsa tertia septimana diem Dominicam expectare, atque in ea temporis Paschalis initium tenere debeamus. Quam videlicet regulam triformem quisquis ritè custodierit, nunquam in adnotatione festi Paschalis errabit. Verùm si de his singulis enucleatiùs ac latiùs audire desideras, scriptum est in Exodo, ubi liberandus de Ægypto populus Israel primum Pascha facere jubetur: quia dixerit Dominus ad Moysen & Aaron:* Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Loquimini ad universum cœtum filiorum Israel, & dicite eis, Decimâ die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias & domos suas. *Et paulò pòst:* Et servabitis eum usque ad quartamdecimam diem mensis hujus. Immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam. *Quibus verbis manifestissimè constat, quòd ità in observatione Paschali mentio fit diei quartadecimæ, ut non tamen in ipsa die quartadecima Pascha fieri præcipiatur; sed advenientè tandem vesperâ diei quartadecimæ, id est, quintadecimâ lunâ, quæ initium tertiæ septimanæ faciat, in cœli faciem prodeunte, agnus immolari jubeatur. Et quòd ipsa sit nox quintadecimæ lunæ, in qua percussis Ægyptiis, Israel est à longa servitute redemptus:* Septem, *inquit* diebus azyma comedetis. *Quibus item verbis tota tertia septimana ejusdem primi mensis decernitur solennis esse debere: Sed nè putaremus easdem septem dies à quartadecima usque ad vicesimam esse computandas, continuò subjecit,* In die primo non erit fermentum in domibus vestris. Quicunque comederit fermentum in domibus vestris, peribit anima illa de Israel. A die primo usque ad diem septimum, *& usque dum ait,* In eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Ægypti. *Primum ergò diem azymorum appellat eum, in quo exercitum eorum esset educturus de Ægypto. Constat autem, quia non quartadecimâ die, in cujus vespera agnus est immolatus, & qua propriè*

priè, Pascha sive Phase dicitur, sed quintadecimâ sunt educti ex Ægypto, sicut in libro Numerorum apertissimè scribitur. Profecti igitur de Ramesse quintadecimâ die mensis primi, alterâ die fecerunt Phase filii Israel in manu excelsa. *Septem ergò dies azymorum, in quarum prima eductus est populus Domini ex Ægypto, ab initio (ut diximus) tertiæ septimanæ, hoc est, à quartadecima die mensis primi, usq; ad vicesimam primam ejusdem mensis, diem completum computari oportet. Porrò dies quartus decimus extra hunc numerum separatum, sub Pascha titulo prænotatur, sicut Exodi sequentia patenter edocent. Ubi cùm dictum esset:* In eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Ægypti, *protinus additum est,* Et custodietis diem istum in generationes vestras ritu perpetuo. Primo mense quartadecimâ die mensis comedetis azyma usque ad diem vicesimam primam ejusdem mensis ad vesperam. Septem diebus fermentatum non invenietur in domibus vestris. *Quis enim non videat, à quartadecima usque ad vicesimam primam, non septem solummodo, sed octo potiùs esse dies, si & ipsa quartadecima annumeretur? Sin autem (ut diligentiùs explorata Scripturæ veritas docet) à vespera diei quartædecimæ usque ad vesperam vicesimæ primæ computaverimus, videbimus profectò, quòd ità dies quartamdecimam vesperam suam festi Paschalis initium porrigat; ut non ampliùs tota sacra solennitas, quàm septem tantummodo noctes, cum totidem diebus, comprehendat. Unde vera esse probatur nostra definitio, quâ tempus Paschale primo mense anni, & tertiâ ejus hebdomadâ celebrandum esse diximus. Veraciter enim tertia agitur hebdomada, quod à vespera quartædecimæ diei incipit, & in vesperâ vicesimaprima completur. Postquam verò Pascha nostrum immolatus est Christus, diémq; nobis * dominicam, quæ apud antiquos una vel prima Sabbati sive Sabbatorum vocatur, gaudio suæ resurrectionis fecit esse solennem, ità hanc Apostolica traditio festis Paschalibus inseruit, ut nihil * omnimodè tempore Pascha legalis præoccupandum, nihil minuendum esse decerneret; quin potiùs statuit, ut expectaretur, juxta præceptum legis, idem primus anni mensis; expectaretur quartadecima dies illius; expectaretur vespera ejusdem. Et cùm hæc dies in Sabbatum fortè incideret, tolleret unusquisque agnum per familias & domos suas, & immolarent eum ad vesperam, id est, præpararent omnes Ecclesiæ per orbem, quæ unam Catholicam faciunt,* panem & vinum *in* MYSTERIUM *carnis & sanguinis agni immaculati,* qui abstulit peccata mundi; *& præcedente congruâ lectionum & orationum, cæremoniarum Paschalium solennitate, offerrent* HÆC *Domino in spem futuræ suæ redemptionis. Ipsa est enim eadem nox in qua de Ægypto, per sanguinem agni, Israelitica plebs erepta est, ipsa est in qua per resurrectionem Christi liberatus est à morte æterna omnis populus Dei. Manè autem illucescente die dominicâ, primam Paschalis festi diem celebrarent. Ipsa est enim dies in qua resurrectionis suæ gloriam, Dominus multifario piæ revelationis gaudio discipulis patefecit. Ipsa prima dies azymorum, de qua multùm distinctè in Levitico scriptum est.* Mense primo quartadecimâ die mensis ad vesperam Phase Domini est; & quintadecimâ die mensis hujus solennitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis; dies primus erit celeberrimus sanctúsq;. *Si ergò fieri posset, ut semper in diem quintumdecimum primi mensis, id est, in lunam quintamdecimam dominica dies incurreret, uno semper eodémque tempore cum antiquo Dei populo, quanquam sacramentorum genere discreto, sicut unâ eadémque fide Pascha celebrare possemus. Quia verò dies septimanæ non æquali cum luna tramite procurrit, decrevit Apostolica traditio, quæ per beatum Petrum Romæ prædicata, per Marcum Evangelistam & interpretem ipsius Alexandriæ confirmata est; ut adveniente primo mense, adveniente in eo vesperâ diei quartædecimæ, expectetur etiam dies Dominica, à quintadecima usque ad vicesimam primam diem ejusdem mensis. In quacunque enim harum inventa fuerit, meritò in ea Pascha celebrabitur: quia nimirum hæc ad numerum pertinet illarum septem dierum, quibus azyma celebrari jubetur. Itaque fit ut nunquam Pascha nostrum à septimana mensis primi tertia in utramvis partem declinet, sed vel totam eam, id est, omnes septem legalium azymorum dies, vel certè aliquos de illis teneat. Nam & si saltem unum ex eis, hoc est, ipsum septimum apprehenderit, quem tam excellenter Scriptura commendat;* (Dies autem, *inquiens,* septimus erit celebrior & sanctior, nullúmque servile opus fiet in eo,) *nullus arguere nos poterit, quòd non rectè dominicum Paschæ diem, (quem de*

* omnimodis. T. & C.

de Evangelio suscepimus,) in ipsa, quam lex statuit, tertia primi mensis hebdomoda celebremus. Cujus observantiæ Catholicâ ratione patefactâ, patet è contrario error irrationabilis eorum, qui præfixos in lege terminos, nullâ cogente necessitate, vel anticipare vel transcendere præsumunt. Namq; sine ratione necessitatis alicujus, anticipant illi tempus in lege præscriptum, qui dominicum Paschæ diem à quartadecima mensis primi usque ad vicesimam putant lunam esse servandum. Cùm enim à vespera diei tertiadecimæ vigilias sanctæ noctis celebrare incipiunt, claret quod illum in exordio sui Paschæ diem statuunt, cujus nullam omnino mentionem in decreto legis inveniunt. Et cùm vicesimaprimâ die mensis Pascha dominicum celebrare refugiunt, patet profectò quòd illam per omnia diem, à sua solennitate secernunt, quam lex majore præ cæteris festivitate memorabilem sæpenumero commendat. Sicque diem Paschæ ordine perverso, & aliquando in secunda hebdomada, totam compleant; & nunquam in hebdomadæ tertiæ die septimo ponant. Rursúmque quia sextadecimâ die mensis sæpe dicti usque ad vicesimamsecundam Pascha celebrandum magis autumant, non minore utique errore (tametsi altero latere) à recto veritatis tramite divertunt, & veluti naufragia Scyllæ fugientes, in Charybdis voraginem submergendi decidunt. Nam cùm à luna decimasexta primi mensis oriente, id est, à vespera diei quintædecimæ Pascha incipiendum doceant, nimirum constat quia quartam decimam diem mensis ejusdem, quam lex primitus & præcipuè commendat, à sua prorsus solennitate secludunt, ità ut quintædecimæ, (in qua populus Dei ab Ægyptiaca servitute redemptus est) & in qua Dominus suo mundum sanguine à peccatorum tenebris liberavit; in quo etiam sepultus spem nobis post mortem beatæ quietis tribuit; vix vesperam tangant. Idémque pœnam erroris sui in semetipsos recipientes, cùm in vicesima secunda die mensis, Paschæ diem statuunt Dominicum; legitimos utique terminos Paschæ apertâ transgressione violant; utpote qui ab illius diei vespera Pascha incipiunt, in qua hoc lex consummari & perfici debere decrevit. Illam in Paschæ diem assignent primam, cujus in lege mentio nulla usquam reperitur, id est, quartæ primam septimanæ. Qui utique non solùm in definitione, & computo lunaris ætatis, sed & in mensis primi nonnunquam inventione falluntur. Quæ disputatio major est, quàm epistolâ hac vel valeat comprehendi, vel debeat. Tantùm hoc dicam, quòd per æquinoctium vernale semper inenarrabiliter posset inveniri, qui mensis, juxta computum lunæ, primus anni; qui esse debeat ultimus. Æquinoctium autem, juxta sententiam omnium Orientalium, & maximè Ægyptiorum, (qui præ cæteris doctoribus calculandi palmam tenent) duodecimo Kalendarum Aprilium die provenire consuevit, ut etiam ipsi horologicâ inspectione probamus. Quæcunque ergò luna ante æquinoctium plena est, quartadecimâ videlicet vel quintadecimâ existens, hæc ad præcedentis anni novissimum pertinet mensem, ideóque Paschæ celebrando habilis non est. Quæ verò post æquinoctium vel in ipso æquinoctio suum plenilunium habet; in hac absque ulla dubietate, quia primi mensis est, & antiquos Pascha celebrare solitos, & nos ubi Dominica dies advenerit celebrare debere, noscendam est. Quod ità fieri oportere illa nimirum ratio cogit, quia in Genesi scriptum est, quòd Deus fecit duo magna luminaria: Luminare majus ut præesset diei, & luminare minus ut præesset nocti. *Vel sicut alia dicit editio,* Luminare majus in inchoationem diei, & luminare minus in inchoationem noctis. *Sicut ergò priùs sol à medio procedens orientis, æquinoctium vernale suo præfixit exortu, deinde luna, sole ad vesperam occidente, & ipsâ plenâ à medio secuta est orientis, ità omnibus annis idem primus lunæ mensis eodem necesse est ordine servari; ut non ante æquinoctium, sed vel ipso æquinoctii die, (sicut in principio factum est) vel eo transcensso plenilunium habere debeat. At si uno saltem die plenilunium tempus æquinoctii præcesserit; non hanc primo mense anni incipientis, sed ultimo potiùs præteriti, lunam esse asscribendam, & ideo festis Paschalibus inhabilem, memorata ratio probat. Quod si mysticam quoque vos in his rationem audire delectat, primo mense anni, qui etiam mensis novorum dictus est, Pascha facere jubemur: quia renovato ad amorem cœlestium spiritu mentis nostræ, sacramenta Dominicæ resurrectionis, & ereptionis nostræ celebrare debemus. Tertiâ ejusdem mensis septimanâ facere præcipimur, quia ante legem & sub lege, promissus tertio tempore seculi cum gratia venit in se, qui Pascha nostrum immolaretur Christus: quia tertiâ post immolationem suæ passionis die resurgens à mortuis, hanc Dominicam vocari & in ea nos*

annuatim

annuatim Paschalia ejusdem resurrectionis voluit festa celebrare. Quia nos quoque ità solùm veraciter ejus solennia celebramus, si per fidem, spem, & charitatem Pascha, id est, transitum de hoc mundo ad patrem, cum illo facere curamus. Post æquinoctium veris, plenilunium mensis præcipimur observare Paschalis: ut videlicet primò sol longiorem nocte faciat diem: deinde luna plenum suæ lucis orbem mundo præsentet: quia primò quidem sol justitiæ, in cujus pennis est sanitas, *id est, Dominus Jesus, per resurrectionis suæ triumphum cunctas mortis tenebras superavit; ac sic ascendens in cœlos, misso desuper spiritu, Ecclesiam suam, quæ sæpe lunæ vocabulo designatur, internæ gratiæ luce replevit. Quem videlicet ordinem nostræ salutis, Propheta contemplatus aiebat:* Elevatus est sol, & luna stetit in ordine suo. *Qui ergò plenitudinem lunæ Paschalis ante æquinoctium provenire posse contenderit, talis in mysteriorum celebratione maximorum à sanctarum quidem Scripturarum doctrina discordat; concordat autem eis qui sine præveniente* gratia Christi se salvari posse confidunt; Qui, & si vera lux, tenebras mundi, moriendo, ac resurgendo nunquam vicisset, perfectam se habere posse justitiam dogmatizare præsumunt. Itaque post æquinoctialem solis exortum; post plenilunium primi mensis, hunc ex ordine subsequens; id est, post completam diem ejusdem mensis quartamdecimam; quæ cuncta ex lege observanda accepimus, expectamus adhuc, monente Evangelio, in ipsa hebdomada tertia tempus diei Dominicæ; & sic demum votiva Paschæ nostri festa celebramus. Ut indicemus nos, non cum antiquis excussum Ægyptiacæ servitutis jugum venerari, sed redemptionem totius mundi, quæ in antiqui Dei populi liberatione præfigurata, in Christi autem resurrectione completa est, devotâ fide ac dilectione colere, ut de resurrectionis etiam nostræ, quam eadem die Dominicâ futuram credimus, spe nos certissimâ gaudere signemus. Hic autem, quem vobis sequendum monstramus, computus Paschæ* decennovennali circulo continetur, qui dudum quidem, hoc est, ipsis Apostolorum temporibus jam servari in Ecclesia cœpit; maximè Romæ & Ægypti, ut suprà jam diximus. Sed per industriam Eusebii, (qui a beato martyre Pamphilo cognomen habet) distinctiùs in ordinem compositus est, ut (quòd eatenus per Alexandriæ pontificem singulis annis per omnes Ecclesias mandari consueverat,) jam deinde congestâ in ordinem serie lunæ quartædecimæ, facilimè posset ab omnibus sciri. Cujus computum Paschalis, Theophilus Alexandriæ præsul in centum annorum tempus, Theodosio imperatori composuit. Item successor ejus Cyrillus seriem nonaginta & quinque annorum in quinque decennovenalibus circulis comprehendit. Post quem Dionysius exiguus totidem alios ex ordine, pari schemate subnexuit: qui ad nostra usque tempora pertingebant; Quibus termino appropinquantibus, tanta hodie calculatorum exuberat copia, ut etiam in nostris per Britanniam Ecclesiis, plures sint, qui, mandatis memoriæ veteribus illis Ægyptiorum argumentis, facilimè possint in quotlibet spatia, temporum Paschalis protendere circulos; etiam si ad quingentos usque & triginta duos voluerint annos. Quibus expletis, omnia quæ ad solis & lunæ, mensis, septimanæ, consequentiam spectant, eodem quo priùs, ordine recurrunt. Ideo autem circulos eosdem temporum instantium vobis mittere supersedimus, quia de ratione tantum temporis Paschalis instrui quærentes, ipsos vobis circulos Paschæ Catholicos abundare probastis. Verùm his de Pascha succinctè, ut petistis, strictímque commemoratis; tonsuram quoque (de qua pariter vobis literas fieri voluistis) hortor ut* ECCLESIASTICAM *&* CHRISTIANÆ FIDEI *congruam habere curetis. Et quidem scimus, quia neque Apostoli omnes uno eodémque sunt modo attonsi, * neque nunc Ecclesia Catholica, (sicut unâ fide, spe, & charitate in* DEUM *consentit; ità etiam) una atque indissimili totum per orbem tonsuræ sibi formâ congruit. Denique ut superiora, id est, Patriarcharum tempora respiciamus,* Job exemplar patientiæ, *dum ingruente tribulationum articulo caput totondit, probavit utique, quia tempore felicitatis capillos nutrire consueverat. At Joseph & ipse castitatis, humilitatis, pietatis, cæterarúmque virtutum executor ac doctor eximius, cum servitio absolvendus, attonsus esse legitur: patet profectò quia tempore servitutis, intonsis in carcere crinibus manere solebat. Ecce uterque vir Dei diversum ab altero vultus habitum foris præmonstrabat; quorum tamen intus conscientia in parili virtutum sibi gratia concordabat. Verùm si profiteri nobis liberum est, quia tonsuræ* discrimen non noceat quibus pura in* DEUM *fides & charitas in proximum sincera est; maximè cùm nunquam patribus Catholicis sicut de*

* Nota.
* decennovali W.
* Nota.
* Nota.

Paschæ vel fidei diversitate conflictus, ità etiam de tonsuræ differentia legatur aliqua fuisse controversia. Inter omnes tamen, quas vel in Ecclesia, vel in universo hominum genere reperimus tonsuras, nullã magìs sequendam nobis amplectendámque jure dixerim eâ, quam in capite suo gestabat ille, cui se confitenti Dominus ait : Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversùs eam; & tibi dabo claves regni cœlorum. *Nullam magìs abominandam detestandámque meritò cunctis fidelibus crediderim eâ quam habebat ille, cui gratiam sancti Spiritûs comparare volenti dicit idem Petrus,* Pecunia tecum sit in perditionem : quoniam donum Dei existimasti per pecuniam possideri. Non est tibi pars neque sors in sermone hoc. *Neq;* * *verò ob id tantùm in coronam attondimur, quia Petrus ità attonsus est: sed quia Petrus in memoriam dominicæ passionis ità attonsus est, idcirco & nos, qui per eandem passionem salvari desideramus, ipsius passionis signum cum illo in vertice, summa videlicet corporis nostri parte, gestamus. Sicut enim omnis Ecclesia, quia per* * *mortem sui vivificatoris Ecclesia facta est, signum sanctæ crucis ejus in fronte portare consuevit, ut crebro vexilli hujus munimine à malignorum spirituum defendatur incursibus, crebra hujus admonitione doceatur, se quoque carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifigere debere; ità etiam oportet eos, qui vel Monachi votum, vel gradum clericatûs habentes, arctioribus se necesse habent pro Domino continentiæ frænis astringere. Formam quoque coronæ, quam ipse in passione sua spineam portavit in capite, ut spinas ac tribulos peccatorum nostrorum portaret; id est, exportaret & auferret à nobis, suo quemque in capite per tonsuram præferre : Ut se etiam irrisiones & opprobria pro illo libenter ac prompto animo sufferre, ipso etiam frontispicio doceant. Ut* coronam vitæ æternæ, quam repromisit Deus diligentibus se, *se semper expectare próque hujus perceptione & adversa se mundi, & prospera contemnere designent. Cæterùm tonsuram eam quam Magum ferunt habuisse Simonem, quis rogo fidelium non statim cum ipsa magia primò detestetur & meritò exufflet? Quæ aspectu in frontis quidem superficie, coronæ videtur speciem præferre; sed ubi ad cervicem considerando perveneris, decurtatam eam quam te videre putabas, invenies coronam. Ut meritò talem simoniacis & non Christianis habitum convenire cognoscas, qui in præsenti quidem vita à deceptis hominibus putabantur digni perpetuæ gloriâ coronæ; sed in ea quæ hanc sequitur vitam non solùm omni spe coronæ privati, sed æternâ insuper sunt pœnâ damnati. Neque verò me hæc ità prosecutum æstimes, quasi eos qui hanc tonsuram habent condemnandos judicem, si* * *fide & operibus unitati Catholicæ faverint; imò confidenter profiteor plurimos ex eis sanctos ac Deo dignos exstitisse. Ex quibus est Adamnanus Abbas & sacerdos Columbiensium egregius; qui cùm legatus suæ gentis ad Aldfridum regem missus, nostrum quoque monasterium videre voluisset, mirámque in moribus ac verbis prudentiam, humilitatem, religionem ostenderet, dixi illi inter alia colloquens : Obsecro, sancte frater, qui ad coronam te vitæ, quæ terminum nesciat tendere credis, quid contrario tuæ fidei habitu terminatam in capite coronæ imaginem portas? Et si beati Petri consortium quæris, cur ejus quem ille anathematizavit tonsuræ imaginem imitaris? & non potiùs ejus, cum quo in æternum beatus vivere cupis, etiam nunc habitum te, quantùm potes, diligere monstras? Respondit ille: Scias pro certo, frater mi dilecte, quia & si Simonis tonsuram ex consuetudine patriæ habeam, simoniacam tamen perfidiam totâ mente detestor ac respuo : beatissimi autem Apostolorum principis, quantùm mea parvitas sufficit, vestigia sequi desidero. At egò : Credo, inquam, verè quòd ità sit; sed tamen indicio sit, quòd ea quæ Apostoli sunt Petri, in abdito cordis amplectimini; si quæ ejus esse nostis, etiam in facie tenetis. Namque prudentiam tuam facilimè dijudicare reor, quod aptiùs multò sit ejus, quem toto corde abominaris, cujusque horrendam faciem videre refugis, habitum vultûs à tuo vultu Deo jam dicato separare: & è contrà ejus, quem apud Deum habere patronum quæris, sicut facta vel monita cupis sequi, sic etiam morem habitus te imitari condeceat: Hæc tunc Adamnano dixi: qui quidem quantùm conspectis Ecclesiarum nostrarum statutis profecisset, probavit; cùm reversus ad Scotiam multas postea gentis ejusdem turbas ad Catholicam temporis Paschalis observantiam suâ prædicatione correxit. Tametsi eos qui in Hii insula morabantur monachos, quibusque speciali rectoris jure præerat, necdum ad viam statuti melioris reducere valebat. Tonsuram quoque, si tantum sibi autoritatis*

* *Nota.*

* Non per S. Petrum, &c.

* *Nota.*

subr

subesset, emendare meminisset. Sed & tuam nunc prudentiam Rex admoneo, ut ea quæ unitati Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ concinunt, unà cùm gente, cui te Rex regum & Dominus dominorum præfecit, in omnibus servare contendas. Sic enim fit ut post acceptam temporalis regni potentiam ipse beatissimus Apostolorum princeps cœlestis quoque regni, tibi, tuisque, cum cæteris electis, libens pandat introitum. Gratia te Regis æterni longiori tempore regnantem, ad nostram omnium pacem custodiat incolumem, dilectissime in Christo fili.

Mid ðy þ gewrit ða wæs ræded beforan ðam cyninge ⁊ monigum gelæredum* werum. ⁊ him geornlice wæs wreht on his agen gereorde fram ðam ðe hit ongitan mihton; Is þ sæd þ he wære be his trymnesse ⁊ lare swyþe gefeonde. ⁊ wære arisende of his setle of middum his ealdormannum. ⁊ his witum. ⁊ his cneow bigde on eorþan ⁊ Gode þancunge dyde. þ he gearnode swylce gife onfon of Angol ðeode ⁊ ðus cw. Cuþlice ic þ ær wiste ⁊ ongeat. þ ðis wæs riht weorþung ðorra Eastrana. ac swa swyþe ic nu þ riht ongite ðisse tide to healdanne. þ me is eallinga lytel ⁊ medmicel gesewen þ ic ær ðyssum cuþe. ⁊ ongeat forþon ic ðonne nu openlice andette ⁊ cyþe. he her ætwearde sittaþ. þ ic ðas tide Eastrana ecelice healdan wille. mid ealre minre ðeode. ðe ic nu rihte ongite ⁊ oncnawe. ⁊ ealle preostas ⁊ Godes ðeowas ða þe on minum rice syndon. ða sceare onfon sculon. ðe we gehyraþ fulle beon ealre *rihtwisnesse. ⁊ he þa butan yldinge mid his cynelicre ealdorlicnesse gefremede þ he cw. ⁊ sona sende geond eall his rice. ⁊ het writan ⁊ leornian. ⁊ healdan ðurh ealle Peohta mægþe. ða nigontynlican hringas rihtra Eastrana. ⁊ het fordilgian ðurh ealle ða gedwolan hringas feower ⁊ hund eahtatiges geara; Ða wæron scorene ealle munecas ⁊ sacerdas. on þone *beh Scē. Petres sceare. ⁊ hi swa swa niwe discipul haba þær eadegestan ealdres þara Apostola Scē. Petres underþeodde beon. ⁊ mid his mundbyrde gescylde. ⁊ eall seo þeod geriht gefeah ⁊ blissade;

* weorodum. C.

* rihtwisnesse. B & C.

* beg. C. beah. B.

Hæc epistola cum præsente rege Naitano multisq; viris doctioribus esset lecta, ac diligenter ab his qui intelligere poterant in linguam ejus propriam interpretata, multùm de ejus exhortatione gavisus esse perhibetur, ità ut surgens de medio optimatum suorum consessu, genua flecteret in terram, Deo gratias agens, quòd tale munusculum de terra Anglorum mereretur accipere. Et quidem & antea novi, inquit, quia hæc erat vera Paschæ celebratio, sed in tantùm modò rationem hujus temporis observandi cognosco, ut parùm mihi omnino videar de his antea intellexisse. Unde palam profiteor, vobísque qui assidetis præsentibus protestor, quia hoc observare tempus Paschę cum universa mea gente perpetuò volo, & hanc accipere debere tonsuram, quam plenam esse rationis audivimus, omnes qui in meo regno sunt clericos decerno. Nec mora, quæ dixerat, regiâ autoritate perfecit. Statim namque jussu publico mittebantur ad transcribendum, discendum, observandum per universas Pictorum provincias circuli Paschæ decennovenales, obliteratis per omnia erroneis octoginta & quatuor annorum circulis. Attondebantur omnes in coronam; ministri altaris ac monachi. Et quasi novo se discipulatui beatissimi Apostolorum principis Petri subditam, ejúsq; tutandam patrocinio, gens correcta gaudebat.

NOTÆ.

a CHRISTUS-- Diem nobis Dominicam, quæ apud antiquos una vel prima Sabbati sive Sabbatorum vocatur, gaudio suæ resurrectionis fecit esse solennem.

CHRISTUS fecit, *inquit; ergò divinæ sit institutionis Diei Dominicæ Sabbatismus.* Gaudio suæ resurrectionis; *quod vide pag.* 243. *l.* 47. *Diem hinc Dominicum (licèt non dicatur vulgò Sabbatum, apud Orientales inprimis, ubi Sabbatum mortales omnes, ut antiqui Patres in scriptis suis, diem Saturni intelligunt)* * CHRISTIANORUM Sabbatum *majores nostri rectissimè nuncuparunt.* Una vel prima Sabbati. *Sax.* * *interpr. ut Matth.* 28.1. *nomen* Sabbati *Dominicæ diei, primus invexit. Primo, inquit, Sabbato, scil. die Dominico, qui jam primò Christianorum Sabbatum esse incipit: hinc post diem resurrectionis (quod notandum,) majores nostri tollunt nomen Sabbati ab umbratili Judæorum Sabbato, ut vero Sabbato Christianorum tribuant: ut Mar.* 16. 1, 2. *cùm autem (inquit Sax. interpr.) dies Saturni abiret, non ait Sabbatum,*-- valde diluculò primo Sabbato, *scil. die Solis, primo Christianorum* Sabbato; *& vers.* 9. *Sax.* Tunc surrexit manè diluculò in sabbato: *sc. die Dominico, abolito jam veteri Judæorum; novo Christianorum Sabbato surrexit. Et Luc.* 23.54. *pro* Sabbatum succedebat; *sic vertit Sax.* Saturni dies illuxit: *& ver.* 56. *pro* Sabbato quieverunt, *vertit Sax.* die Saturni quieverunt: *Quare? ut versu sequenti, scil. cap.* 24. 1. *nomen Sabbati non ampliùs diei* Saturni, *sed* diei Dominicæ *accommodent; ergò pro* una *vel* prima Sabbati--- venerunt, *Sax. vertit,* primo Sabbato--- *scil. die* Solis, *hoc est,* die Dominico venerunt. *Vide porrò Sax. interpr. Joh.* 20. 1. *Hinc & dominicum diem autoritate divinâ, & vi præcepti quarti de sanctificando* Sabbato *munitum, ad nos transmiserunt majores nostri: quod vide pag.* 243. *l.* 41. *è commentario Sax. in Decalogum. Et per locutionem* Godes æ. *Dei Legem. ibidem lin.* 41. *Christianorum Sabbatum, contra omnem impetum propugnant.*

Sed & veteres huic diei illatæ injuriæ, visionum haud paucarum, pro ratione infantis Ecclesiæ, occasionem dederunt. Mitto istam * *Eustachii Abbatis de Flay, probibentem nè quis forum rerum venalium, diebus Dominicis exerceret; aliásque: sed in lucem profero, quæ lucem adhuc desiderant, monumenta: ostendunt ubique tales angustiæ ecclesiæ, ad visiones recurrere in honorem, & dominicæ resurrectionis defensionem adactæ, hujus fidei, de vero Sabbato Christianorum celebrando, per quàm tenacissimam fuisse.*

Vide Hom. Sax. Coll. Ben. num. 7. *pag.* 38. *l.* 3. *sub Rubrica,* Sunnan Dæges spell. De Die solis Sermo. *E cujusdam diaconi Niel visione, paucula hæc excerpta, sic Latinè do.*

Her sægþ on þisses Drihtnes ærend gewrite ꝥ fyr cymþ sum ðissa hærfæsta ofer manna bearn. and hit gefealþ ærest on Sceotta land ⁊ hit þær forbærnþ ealle ða fyrenfullan ða ðe God gremiaþ mid sunnan dæges weorcum ⁊ sæterner dæges ofer non; And hit ðonne færð on Brytwealas. ⁊ gedeþ ðær ꝥ ilce. ⁊ þonne hit færþ on Angel cyn. ⁊ gedeþ ðær ꝥ ilce þe hit dyde þam oþrum ðeodum twam; Ðonne hit færþ suþ ofer sæ geond ꝥ þeodland ⁊ hit þær forbærnþ ꝥ man cyn swa hit her ær dyde; Forþan

Hic in hujus Domini [Jesu] *Epistola memoratur, quòd ignis quidam hac ætate in filios hominum, descenderit, primúmque in Scotiam delapsus fuerit: ibique luxuriosos omnes combusserit; qui nunc Deum, die solis, & usq; ad diei Saturni horam tertiam* [*pomeridianam*] *laborando irritaverint: tum porrò in Wallo-Britannos grassabatur; idémque ibi efficit: postea in gentem Anglicanam progreditur: ibique idem, quod apud utrasque gentes alteras, effecit: tunc austrum versùs transfretavit per terram* [*pergens*] *conterminam: atque ibi genus mortale, sicut hîc antè, combussit. Et pag.* 44. *lin.* 14.

* p. 243. l. 41. * *licèt idiomatum Scripturæ veterum nescius.*

* *Hoveden. circa ann.* 111 *pag.* 820.

Forþan se an dæg wæs swiþe oft gehalgod eallum Godes gesceaftum to reste butan deoflum ⁊ hæþenum saplum. þa næfre reste ne onfoþ; ---- Healde man ælcas sunnan dæges freolsunga fram sæternes dæges none oþ monan dæges lihtinge.---- Nan man on þysne dæg on dome ne sitte. ne aþ ne swerige---- ⁊ ðeh hwam gebyrige ꝥ his fyr ut gewite. nis ꝥ alyfed to begetenne. ⁊ nan wif hire yrfe ne meolcige. butan heo ða meolc for Godes lufan sylle; ----Ðy seofoþan dæge he hine gereste. æfter his six daga weorcum; And swa gedafenaþ ælcum men to habbenne resten dæg swa þa halgan Englas reste habbaþ on heofonum. ---- Soþ is soþ is. ꝥ ic eow secge ꝥ ic wæs for eow on rode genægled. ⁊ þær ic þrowade for eow. ⁊ ic aras on sunnan dæg of deaþe. forþan ðe se sunnan dæg is resten dæg. ⁊ wuldorlic dæg; ---- Ic hate. ⁊ ic halsige ꝥ ge on sunnan dæge eowre heafdu ne þwean. ne eower fexne efesian. ⁊ gif ge swa doð. þonne beo ge adilgad. ge. ⁊ eowre saple of lifigendra bocum; ---- Ða ðe woran to unriht wyrceð. oþþe on ðam dæge him hlaf baceð. oþþe hine baðað. oþþe his fex efesað. oþþe hine scerþ. oþþe on þam dæge oðerne swingð. oþþe his hus feormaþ. oþþe he unalyfedlice gegæð on ðam dæge. ꝥ he sy werig. oþþe ænig unriht gewremme on þam dæge. ða ðe hit doþ. ðonne beoð ða awyrgede fram me in ða ecan witu. ⁊ heora bearn butan ende;

*Unicus enim ille dies omnibus Dei creaturis, (exceptis dæmoniis, animisq; gentilibus, quæ requiem nunquam capessunt,) sæpius erat in requiem consecratus. Et pag.48. lin. 16. Observet quisque cujusque diei Solis festivitatem, à diei Saturni hora tertia [pomeridiana] donec diei Lunæ diluculum apparuerit. Et pag.76. lin.11. Nemo hoc die [Solis] sedeat in judicio, neque juret:-- Et si cui obtigerit ignem extingui suum, *reparare haud licebit. Nulla fœmina sibi pecus mulgeat, nisi lac illud pro amore Dei erogaverit. Et pag. 78. lin. 1. Die septimo quievit [Deus] post opera sex dierum sua: singulos itáque homines oportet, SABBATUM habere, sicut Angeli sancti in cœlis sabbatizant. Et pag. 87. lin.12. Verum, verum est quod dico vobis, quòd pro vobis fuerim crucifixus; ibique pro vobis passus: quòdque die solis morte resurrexerim. Dies enim Solis SABBATUM & dies gloriosus exsistit. Et ibidem. Oro vos & obsecro, ut die solis* capita vestra nè lavetis; neque crines vestros præcidatis: quòd si ità facitis, tum & vos & anima vestra è libro vitæ * delebitur. Et pag.64 l.10. Qui modò injustum quid fecerint, vel die illo panem pinserint, vel se laverint, crinésve suos præciderint, vel se totonderint; vel die illo alterum flagellaverint, vel domum suam mundaverint, vel die illo ambulaverint ità ut fuerint delassati, vel illicitum quid illo die patraverint; qui id fecerint, à * me quidem illi cum liberis suis, in æterna supplicia absque fine ibunt maledicti.*

* Exod.36.3. *sed hujusmodi Judaismus corrigendus.*

* *more tonsorio.*

* *Si quis in contemptum mandati divini, & malitiosè opera per se aliàs licita, fecerit.*

* Christum intelligit.

Sed agnoscet prudens Lector mihi sufficere, ut ostendam cultum Dominicæ diei religiosum, non novitium fuisse; non hesternum; atque majoribus nostris, in tanta rerum caligine, ipsum hunc diem Dominicum, SABBATI *& nomine & re innotuisse: verùm dies ille, memoriæ Dominicæ resurrectionis dicatus, fictâ hujusmodi, & larvatâ monachorum veterum, ad superstitionem usque, defensione non indiget. Retinemus vocem Sabbati in publica ecclesiæ doctrina; (licèt non in vulgari sermone, cùm appellatio* [Dies Dominicus] *Dominicæ resurrectionis quovis momento renovet memoriam,) nè demptâ voce* Sabbati, *præcepti demùm quarti*, de Sabbato *cele-*

celebrando, huic aut adimatur aut obscuretur autoritas: atque Deo digna Triuno, & Christo imprimis, à quo Christiani dicimur resurgentes à peccatis; hujus diei resurrectionis languescat observatio.

b Præparent omnes Catholici per orbem--- panem & vinum in mysterium carnis & sanguinis agni immaculati--- & ---offerant HÆC Domino.---

Catholici, *inquit*, *Doctrinam ergò de mysteriis sive Sacramentis integram purámque Catholici conservent; quod qui non faciant, minùs Catholici habeantur. Mysteria autem, sive sacramenta, ut antiqua Romano-Saxonica Ecclesia nobis, ex institutione Christi, reliquit; generalia (quia omnibus in genere sumenda sunt) & necessaria ad salutem, duo tantummodo esse defendimus. Videte, per otium, MS. Coll. Ben. Cantabr. Hom. Sax. num. 7. pag. 116. sub Rubrica,* Sermo de Baptismate; *Absolutionem autem externis carentem elementis, (nam verbum accedens ad elementum fit propriè sacramentum) sacramentorum omnium, si plura essent, effectum, sive comitem magis quàm sacramentum, credimus. Verba Saxonica, sic Latinè dedimus.*

Twa þing syndon ðurh Godes mihte swa micle. ⁊ swa mære. þ æfre ænig man ne mæg ðær on ænig þing awendan ne gewanian. Fulluht. ⁊ husel halgung ;

Res duæ sunt per divinam virtutē, tam magnæ, támq; solennes; quòd NEMO UNQUAM *in his, ulla in re quicquā aut violare, aut mutare poterit, viz. Baptismus & Eucharistia.*

Panem & vinum, *inquit*, in mysterium carnis, & sanguinis.-- *Sic nostra hodie Ecclesia: non ait in ipsissimam, (absq; omni* mysterio, *absque* pane *&* vino, *signis manentibus,*) carnem *&* sanguinem κατὰ μετουσίωσιν, *sive transubstantiationem conversis: namque ait, paulò pôst;* offerrent HÆC Domino: HÆC *præparata, & consecrata, quia jam modò offerenda. Hæc? quænam?* panem & vinum; *sed in* mysterium carnis & sanguinis agni immaculati: *ergò non ut* panem *&* vinum, *sed in illis carnem & sanguinem Christi.*

Nihil ergò hîc corporale sensibus nostris objectum, (quasi Christi in cœlis corpus non dijudicantes) consideremus: non* panem, *non* vinum, *nisi ut sola signa, media & sigilla carnis Christi sanguinísque, virtute & modo inenarrabili, sed quoad usum, finem, frugémque spiritualem mutata; eadem tamen in materiis suis manentia, nec in elementis transubstantiata. Sed ipsum Christi corpus, revera gustu mentis nostræ, illum ipsum sanguinem, qui de ipso Christi latere effluxit; ex his ipsis Deo* Εὐχαριστικῶς *oblatis mysteriis gustemus, & percipiamus. Sed dum mea verba proferam, nè quid erraverim, boni, obsecro, consulite, si in gratiam Catholicæ Ecclesiæ, quam totâ mente venerari cupio, Catholicum Romano-Saxonicæ ecclesiæ sermonem, sic Latinè transferamus: nec me impediunt * aliorum hîc pii labores: ego, inquam, quia nemo antè, Latinè do: nec in lucem edo, ut privati monachi Ælfrici, tunc doctissimi, orationem; sed ut ecclesiæ veteris Anglicanæ doctrinam, (in cujus defensionem tot martyres Christi sanguinem effuderunt suum) idque sub Rubrica generali, sicut MS. Bibliotheca publica Academiæ Cantabrigiensis hunc Sermonem cum reliquis haud paucis complectens, mihi his verbis exhibuit.*

* 1. Cor. 11. 29.

* R. Parkeri Archiepiscop. Cantuarien. Johan. Foxi. VVil. Lisle.

Ms. Serm. Cathol. pag. 5.

¶ Liber Catholicorum Sermonum Anglicè, in Ecclesia per annum recitandus.

Ibid. pag. 355.

Sermo de Sacrificio in die Paschæ.

Men ða leofostan. gelome eow is gesæd ymbe ures Hælendes ærista. hu he on ðisum andweardan dæge æfter his þrowunge mihtiglice of deaþe aras ; Nu wille we eow geopenian ðurh Godes gife be þam halgan husle þe ge nu to gan sceolan. ⁊ gewissian

Homines dilectissimi, vobis crebrò dictum est de resurrectione nostri Servatoris; ut ille hoc præsenti die post suam passionem de morte potenter resurrexerit. Aperiemus nunc vobis [quid,] per Dei gratiam, de sacra Eucharistia, quam adire hodie debemus; vestrúmq; in-

ȝeƿiſſian eoƿer andȝyt ymbe þære ȝeryne æȝþer ȝe æfter þære ealdan ȝecyþnysse. ȝe æfter þære niƿan. ðy læs ðe ænig tƿynung eoƿ derian maȝe be þam liflicum ȝereorde. Se ælmihtiȝa God bebead Moyſen ðam heretoȝan on Egypta lande. ꝥ he sceolde bebeodan Israhela folce. ꝥ hi namon et ælcum heora hiƿe aner ȝeares lamb on ðære nihte ðe hi ferdon of ðam lande to þam behatenan earde. ⁊ sceoldan ꝥ lamb Gode ȝeoffrian. ⁊ syþþan snidan. ⁊ ƿyrcan rode tacn on heora ȝedyrum. ⁊ oferslexȝum mid ðæs lambes blode. etan syþþan þes lambes flæsc ȝebred. ⁊ ðeorfe hlafas mid feldlicre lactucan. God cƿæþ to Moyſen. ne ete ȝe of þam lambe nan þinȝ hreaƿ. ne on ƿætere ȝesoden. ac ȝebræd to fyre. ætaþ ꝥ heafod. ⁊ þa fet. ⁊ ꝥ inneƿearde. ne his nan þinȝ ne belife oþ merigen. ȝif þær hƿæt tolafe sy. forbærneþ þæt. ðicȝað hit on ðas ƿisan. Beȝyrdaþ eoƿere lendenu. ⁊ beoþ ȝescode. habbaþ eoƿ stæf on hande. ⁊ etaþ ardlice. ðeos tid is Godes færeld. ⁊ ƿearþ ða on ðære nihte ofslegen on ælcum huse ȝeond eall Pharaones rice ꝥ frumcennede cild. ⁊ ƿæs ꝥ Godes folc Isr'l ahred fram ðam ferlican deaþe. ðurh ðes lambes offrunge. ⁊ his blodes mearcunge. Ða cƿæþ God to Moyſen. healdaþ ðisne dæȝ on eoƿerum ȝemynde. ⁊ freolsiaþ hine mærlice on eoƿerum cynrenum mid ecum biȝencȝe. ⁊ etaþ ðeorfe hlaf symle feoƿan daȝas æt ðissere freols tide. Æfter ðissere dæde lædde God ꝥ Israhela folc ofer ða readan sæ. mid drium fotum. ⁊ adrencte þær on Pharao. ⁊ ealne his here samod ðe heora ehton. ⁊ afedde syþþan ꝥ Israhela folc feoƿertiȝ ȝeara mid heofenlicum biȝleo-

tellectum de hoc mysterio imbuemus; cùm secundum & vetus, & novum testamentum; nè aliqua vos de vivifico illo convivio perterreat dubitatio. Omnipotens Deus Mosi Duci, in Ægypti terra jussit, ut ipse jubere vellet populo Israelis, quod per larem unumquemque agnum unius anni illâ nocte tollerent, quâ de Ægypto in promissam terram profecti sunt; quódq; agnum illum Deo offerrent, & postea dividerent; signúmque crucis in liminibus suis, & superliminaribus, per illius agni sanguinem facerent: comederent postea carnem agni hujus assam, azymósque panes cum agrestibus lactucis. Deus Mosi dixit:* Nè comedite de agno illo crudum quid, nec coctum aquâ; sed assum igne: caput illud comedite cum pedibus, illúdque intestinum; nec ex eo quicquam usq; mane relinquite: si quid residuum fuerit, id comburite: illum hoc modo degustate; renes vestros accingite, & estote calceati: baculum in manibus habete, & comedite festinanter. Hæc enim festivitas est Dei transitus; erátque illa nocte in quavis domo per regnum Pharaonis primogenitus infans occisus: *ísque populus Israelis ab illa morte horrenda per hujus agni immolationem, & obsignationem* sanguinis liberatus: Tunc Deus Mosi dixit,* Diem hunc memoriâ vestrâ teneatis: illúmque in generationibus vestris solenniter cultu sempiterno celebretis: azymúmque panem semper per septimanam, hac festivitate comedadatis. *Hoc cum factum esset, Deus populum illum Israelis per mare rubrum sicco pede duxit: atq; inibi Pharaonem, totúmque unà exercitum suum, qui illos persequebatur, ingurgitavit: & illum postea populum Israelis convictu cibavit*

* Putarunt nempe limen cum superliminari sanguine percussum, furcam II exprimere, qua, pro cruce Saxones utebantur.

* non crucis

bigleofan. ⁊ him forgeaf wæter of heardum stan clude. oð ꝥ hi comon to ðam behatenum eþele; Sume ðas race we habbaþ getrahnod on oþre stowe. sume we willaþ nu geopenian. ꝥ ðe belimpð to ðam halgan husle; Cristene menn ne moton healdan nu ða ealdan æ lichamlice. ac him gedafenaþ ꝥ hi cunnon hwæt heo gastlice getacnige; ꝥ unscæþþige lamb ðe se ealda Israhel ða ofsnaþ. hæfde getacnunge æfter gastlicum andgite Cristes ðrowunge seþe unscæþþig for ure alysednysse his halige blod ageat; Be þam singaþ Godes ðeowas æt ælcere mæssan. Agnus Dei qui tollis peccata mundi miserere nobis; ꝥ is on urum gereorde. Ðu Godes lamb ðe ætbretst middan eardes synna gemiltsa us; Ðæt Israhela folc wearþ ahredd fram ðam wæslicum deaþe ⁊ fram Pharaones ðeowte ðurh ðæs lambes offrunge. ðe hæfde getacnunge Cristes ðrowunge. þurh ða wa sind alysede fram ðam ecum deaþe. ⁊ ðæs reþan deofles anwealde. gif we rihtlice gelyfaþ on ðone soþan alysend ealles middan eardes hælend Crist; ꝥ lamb wæs geoffrod on æfnunge. ⁊ ure hælend þrowode on ðære sixtan ylde þissere worulde. seo yld is geteald to æfnunge ðises ateorigendlican middan eardes. hi mearcodan mid ðæs lambes blode on heora gedyrum. ⁊ oferslegum Tau. ꝥ is rode tacen ⁊ wurdon swa gescylde fram þam engle. þe acwealde þæra Ægyptiscra frumcennedan cild. ⁊ we sceolon mearcian ure forewearde heafod. ⁊ urne lichaman mid Cristes rode tacne. ꝥ we beon ahredde fram forwyrde. þonne we beoþ gemearcode ægþer ge on foran heafde ge on heortan mid blode þære drihtenlican þrowunge; ꝥ Israhela folc ætt þæs lambes flesc

cælesti; & undam de dura rupe, donec ad terram promissam illam venirent, propinavit: partem hujus historiæ alibi tractavimus: partem nunc, quæ ad sacram Eucharistiam spectat, aperiemus. Homines Christiani legem veterem nunc haud possunt corporaliter tenere: verùm illos oportet, quid spiritualiter significet, intelligere. Agnus ille innocens quem Israelitæ tunc veteres jugulabant, passionis Christi, juxta spiritualem intellectum, significationem habuit: innocens ille sanctum sanguinem suum pro redemptione nostra profudit. De hoc ministri Dei, quavis missa canunt; Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis: *hoc est in lingua nostra,* Ðu Godes lamb ðe ætbretst middan eardes synna. gemiltsa us. *Populus ille Israelis fuit à morte illa horrenda liberatus, & à servitute Pharaonis, per hujus agni immolationem, quæ passionis Christi significationem habuit: per illam ab ista morte æterna sumus liberati, hujúsque crudelis diaboli potestate;* Si in verum universæ terræ redemptorem Jesum rectè credamus. *Agnus ille immolatus est vesperâ: nosterque Jesus passus est sexta hujus mundi ætate: ætas illa in vesperam corruptibilis hujus mundi annumeratur; per sanguinem agni in liminibus, & superliminaribus suis* *Tau, *hoc est, signum crucis signabant: atque ità erant defensi ab angelo, qui primogenitos Ægypti pueros occidit. Et nos frontem nostram, nostrúmque corpus signo* *crucis signare debemus, ut ab interitu liberemur: Nos tum, cùm & fronte, tum corde per sanguinem passionis dominicæ signamur. Populus ille Israelis, carnem agni hujus, in Paschali solennitate*

*Vox תו *Tau* Ezek. 9. 4. significat signum tantùm, non crucis: litera *Tau* ת ad furcā II propè accedit.

*Nihil interest, modò fidem crucis publicè profiteamur.

flæsc on heora eastertide þa þa hi ahredde wurdon; ⁊ we þicgað nu gastlice Cristes lichaman. ⁊ his blod drincaþ. þonne we mid soþum geleafan þ halige husel þicgaþ; Þone timan hi heoldon him to eastertide seofon dagas mid micclum wurþmynte ðe hi ahredde wurdon wið Pharao. ⁊ of þam earde ferdon. swa we eac Cristene menn healdaþ Cristes ærist us to eastertide ðas seofon dagas. forþan ðe we sind þurh his þrowunge ⁊ æriste alysde. ⁊ we beoþ geclænsode þurh ðæs halgan husel ganges. swa swa Crist sylf cwæþ on his godspelle. Soþ soþ ic eow secge. næbbe ge lif on eow. buton ge eton min flæsc. ⁊ drincon min blod. Se ðe et min flæsc. ⁊ min blod drincþ. he wunaþ on me. ⁊ ic on him. ⁊ he hæfþ þ ece lif. ⁊ ic hine arære on ðam endenextan dæge; Ic eom se liflica hlaf ðe of heofonum astah. na swa swa eowere forþfæderas æton ðone heofenlican mete on westene. ⁊ syþþan swulton. Se ðe et ðisne hlaf. he leofaþ on ecnysse; He halgode hlaf ær his ðrowunge. ⁊ todælde his discipulum ðus cweþende. Etað ðisne hlaf hit is min lichoma. ⁊ doð ðis on mynum gemynde. Eft he bletsode win on anum calice. ⁊ cwæþ. Drincaþ ealle of ðisum. Ðis is min blod þ ðe biþ for manegum agoten on synna forgyfenysse; Ða Apostoli dydon swa swa Crist het. þ hi halgodon hlaf. ⁊ win to husle eft syþþan on his gemynde; Eac swylce heora æftergengan. ⁊ ealle sacerdas be Cristes hæse halgiað hlaf ⁊ win to husle on his naman mid ðære Apostolican bletsunge; Nu smeadon gehwilce men oft ⁊ git gelome smeagaþ. Hu se hlaf ðe biþ of corne

sua quâ liberabantur, comedebant. Nos quidem nunc SPIRITUALITER *corpus Christi gustamus, ejúsq; sanguinem bibimus, cùm vera fide sacram illam gustemus Eucharistiam. Tempus illud in Pascha suum magno cum honore, tenuerunt per septem dies, quando liberati erant à Pharaone, atque è terra ista prodibant. Nos ità homines Christiani observamus resurrectionem Christi nobis in paschalem solennitatem per septem dies, quoniam per suam passionem, & resurrectionem liberati sumus, & per sancta hujus Eucharistiæ perceptionem purgati: sicut Christus ipse dixit in Evangelio;* Amen, amen dico vobis, non habetis in vobis vitam, nisi carnem meam comedatis, meúmq; sanguinem bibatis: qui carnem meam comederit, sanguinémq; meum biberit, ille manet in me, & ego in illo; & vitam illam æternam habebit; eúmque in extremo die resuscitabo. Ego sum panis ille vivus qui de cœlis descendit, non ut majores vestri cibum illum cœlestem in deserto comederant, & postea obierunt: qui hunc panem comederit, in æternum vivet. *Panem ille ante passionem suam consecrabat: & discipulis distribuebat suis, sic dicens,* Panem hunc comedite, illud est corpus meum: & hoc facite in mei memoriam: & vinum denuò *in uno calice consecrabat; dicebátque,* Bibite de hoc omnes, hoc est sanguis meus, qui pro multis in remissionem peccatorum profunditur: *fecerunt Apostoli, prout Christus jussit; ut panem & vinum in Eucharistiam consecrent. Et postea denuò in ejus memoriam: similiter suorum quisque successorum: Omnésq; Christi sacerdotes, juxta Christi mandatum, panem & vinum in nomine suo, per Apostolicam benedictionem consecrabant. Nunc quisque hominum crebrò disputat, & etiamnum sæpe disputat, Panis ille qui de*

ne gegearcod. ⁊ ðurh fyres hætan abacen. mage beon awend to Cristes lichaman. oþþe þ win ðe bið of manegum berium awrungen. weorþe awend þurh ænige bletsunge to Drihtnes blode; Nu secge we swilcum mannum þ sume ðing sind gecwedene be Criste þurh getacnunge. sume þurh gewissum ðinge. Soþ ðing is ⁊ gewiss þ Crist wæs of mædene acenned. ⁊ sylfwilles ðrowode deaþ. ⁊ wæs bebyriged. ⁊ on ðisum dæge of deaþe aras; He is gecweden hlaf þurh getacnunge. ⁊ lamb. ⁊ leo. ⁊ gehu elles; He is hlaf gehaten. forþan þe he is ure lif ⁊ engla. He is lamb gecweden for his unscæþþignysse. Leo for ðære strencþe. ðe he oferswiþde ðone strangan deofol. Ac swa ðeah æfter soþum gecynde nis Crist naþor ne hlaf. ne lamb. ne leo; Hwi is ðonne þ halige husel gecweden Cristes lichama. oþþe his blod. gif hit nis soþlice þ þ hit gehaten is. Soþlice se hlaf. ⁊ þ win ðe beoð þurh sacerda mæssan gehalgode oþer ðing hi æteowiaþ menniscum andgitum wiþutan. ⁊ oþer þing hi clypiað wiþinnan geleaffullum modum. wiþutan hi beoþ gesewene hlaf ⁊ win ægþer ge on hiwe ge on swæcce. ac hi beoþ soþlice æfter þære halgunge Cristes lichama. ⁊ his blod ðurh gastlice gerynu; Hæþen cild biþ gefullod. ac hit ne bræt na his hiw wiþutan ðeah ðe hit beo wiþinnan awend; Hit biþ gebroht synfull ðurh Adames forgægednysse to þam fant fæte. Ac hit biþ aþwogen fram eallum synnum wiþinnan. ðeah ðe hit wiþutan his hiw ne awende; Eac swylce þ halige fant wæter ðe is gehaten lifes wylspring. is gelic on hiwe oþrum wæterum. ⁊ is underðeod brosnunge. ac ðær halgan gastes miht genealæcð ðam brosniendlicum wætere. ðurh sacerda bletsunge. ⁊ hit mæg

frumento paratur, perque calorem ignis pinsitur, qui poterit in corpus *Christi* * *mutari, aut vinum illud, quod de multis uvis exprimitur, per ullam benedictionem mutari in* sanguinem *Domini? Nunc hujusmodi hominibus respondeo, quædam de Christo dici per significationẽ, quædam per rem notam. Vera res & nota est, quòd Christus de virgine natus fuerit, & sponte suapte mortem perpessus, & sepultus, & quòd hodie, à morte resurrexerit.* PANIS *dicitur per* SIGNIFICATIONEM, *& agnus, & leo: adeòque aliàs.* PANIS *vocatur, quoniam nostra vita est, atque angelorum: agnúsq; vocatur propter innocentiam suam; leo, propter robur, quo robustum diabolum devicit. Verùm tamen, juxta veram naturam, neque* panis *Christus est, neque* agnus, *neque* leo: *Quare ergò vocatur sacra illa Eucharistia*, corpus *Christi*, *aut* sanguis *ejus, si non sit id verè quod vocatur? Panis quidem & vinum, quæ per missam sacerdotum consecrantur, rem aliam humanis sensibus foris ostendunt, rémque aliam fidelibus animis intus declarant. Foris videntur panis & vinum, cùm in specie tum in sapore: sunt tamen verè post consecrationẽ corpus Christi, & sanguis ejus, per* * SPIRITUALE *Sacramentum. Infans gentilis baptizatur, speciem tamen foris suam non tollit, quamvis intus mutetur: adducitur, peccato plenus per inobedientiam Adami, ad baptisterium, intus verò à peccatis omnibus lavatur: quamvis speciem foris suam non mutaverit. Similiter quoque sancta illa aqua baptisterii, quæ fontis vitæ scaturigo dicitur, aquis aliis in specie similis exsistit, & subdita corruptioni: Verùm Spiritûs S. virtus ad aquam illam corruptibilem per benedictionem sacerdotis*

* *Vide infrà.*

* Non per præsentiam corporalem, sive transubstantiationem

mæg

mæg syððan lichaman. ⁊ sawle aþƿean fram eallum synnum ðurh gastlicere mihte; Efne nu ƿe geseoþ tƿa ðing on ðisum anum gesceafte; Æfter soþum gecynde. þ ƿæter is brosniendlic ƿæter. ⁊ æfter gastlicere gerynu hæfþ halƿende mihte; Sƿa eac gif ƿe sceaƿiaþ þ halige husel æfter lichamlicum andgite. þonne geseo ƿe þ hit is gesceaft brosniendlic. ⁊ aƿendedlic; Gif ƿe ða gastlican mihte ðær on tocnaƿaþ. þonne undergite ƿe þ þær is lif on. ⁊ forgifþ undeadlicnysse ðam ðe hit mid geleafan þicgaþ; Micel is betƿux þære ungeseƿenlican mihte þæs halgan husles. ⁊ þam geseƿenlican hiƿe agenes gecyndes; Hit is on gecynde brosniendlic hlaf. ⁊ brosniendlic ƿin. ⁊ is æfter mihte godcundes ƿordes. soþlice Cristes lichama ⁊ his blod. na sƿa þeah lichamlice. ac gastlice; Micel is betƿux þam lichaman þe Crist on þroƿade. ⁊ þam lichaman ðe to husle biþ gehalgod; Se lichama soþlice þe Crist on þroƿode ƿæs geboren of Marian flæsce. mid blode ⁊ mid banum. mid felle ⁊ mid sinum. on menniscum limum. mid gesceadƿisre sawle gelifæst. ⁊ his gastlica lichama ðe ƿe husel hataþ is of manegum cornum gegaderod buton blode. ⁊ bane. limleas. ⁊ sawulleas. ⁊ nis forþi nan þing þær on to understandenne lichamlice. ac is eall gastlice to understandenne; Sƿa hƿæt sƿa on þam husle is þe us lifes edcirt forgifþ. þ is of þære gastlican mihte. ⁊ ungeseƿenlicere fremminge; Forþi is þ halige husel gehaten gerynu. forþan ðe oþer þing is ðær on geseƿen. ⁊ oþer þing undergitẽ; Þæt þ þær geseƿen is hæfþ lichamlic hiƿ. ⁊ þæt þ ƿe þær on understandaþ hæfð gastlice mihte; Witodlice Cristes lichama ðe deaþ ðroƿade. ⁊

accedit: potéstque postea corpus animámque à peccatis omnibus, per virtutem spiritualem, lavare. Nos modò in hac una creatura, duas res conspicimus; quà illa, juxta naturam veram, est aqua corruptibilis; & juxta mysterium spirituale virtutem habet salutiferam: sic etiam, si sanctam illam Eucharistiam juxta intellectum corporalem conspicimus, tum videmus esse creaturam corruptibilem, & mutabilem: si spiritualem inibi virtutem agnoscimus, tum inesse vitam intelligimus, & immortalitatem illis largiri, qui ipsam fide gustaverint. Multùm distat inter virtutē sacra hujus Eucharistiæ invisibilem, & visibilem, propria naturæ speciem: naturâ panis est corruptibilis, & vinum corruptibile; & * per divini verbi virtutem, VERÈ Christi corpus, & sanguis ejus, NON tamen * CORPORALITER, sed SPIRITUALITER. Multùm distat inter corpus illud, in quo Christus passus est; & corpus illud quod in Eucharistiam consecratur: corpus quidem illud, in quo Christus passus est, de carne Mariæ nascebatur, cum sanguine, ossibúsque, cum pelle, nervisque, in membris humanis spiritu rationali animatum: corpus autem suum spirituale, quod vocamus Eucharistiam, de granis multis absque sanguine & osse, absque membro & anima colligitur: nihil autem inest propterea intelligendum corporaliter, verùm omne est spiritualiter intelligendum: Quicquid illi Eucharistiæ insit, quod vitæ nobis restitutionem largitur; hoc de virtute existit spirituali, & de operatione invisibili: propterea sacra illa Eucharistia Sacramentum dicitur, quoniam aliud inibi videtur, & aliud intelligitur: id quod ibi videtur speciem habet corporalem; & id quod inibi intelligimus virtutem habet spiritualem. Christi quidem corpus

*Sat. juxta.
*ergò non per transubstantiationem

of deaþe aras. ne swylt næfre heonon forþ. ac is ece ⁊ unþrowiendlic; ꝥ husel is hwilwendlic. na ece. Brosniendlic. ⁊ biþ sticc mælum todæled; Betwux toþum tocowen. ⁊ into þam buce asend. ac hit biþ þeah hwæþere æfter gastlicere mihte on ælcum dæle eall; Manega underfoþ ðone halgan lichaman. ⁊ he bið swa þeah on ælcum dæle eall æfter gastlicere gerynu; Ðeah sumū menn gesceote læsse dæl ne bið swa ðeah na mare miht on ðam maran dæle þonne on þam læssā. forðan ðe hit bið on æghwilcum menn ansund æfter þære ungesewenlican mihte; Ðeos gerynu is wedd. ⁊ hiw; Cristes lichama is soþfæstnyss; Ðis wedd we healdaþ gerynelice. oþ ꝥ we becumon to ðære soþfæstnysse. ⁊ þonne biþ ðis wedd geendod; Soþlice hit is swa swa we ær cwædon Cristes lichama. and his blod. na lichamlice. ac gastlice; Ne sceole ge smeagan hu hit gedon sy. ac healdan on eowrum geleafan ꝥ hit swa gedon sy; We rædaþ on þære bec. ðe is gehaten vita patrum. ꝥ twegen munecas bædon æt Gode sume swutelunge be ðam halgan husle. ⁊ æfter þære bene gestodon him mæssan; Ða gesawon hi licgan an cild on ðam weofode þe se Mæsse Preost æt mæssode. ⁊ Godes engel stod mid handsexe ⁊ bidiende oþ ꝥ se preost ꝥ husel tobræc; Ða tolyþode se engel ꝥ cild on þam disce. ⁊ his blod into þam calice ageat; Eft þa þa hi to ðam husle eodon. þa wearþ hit awend to hlafe. ⁊ to wine. ⁊ hi hit ðygedon. Gode ðancigende þære swutelunge; Eac se halga Gregorius abæd æt Criste. ꝥ he æteowede anum twynigendum wife embe his gerynu micele seþunge; heo eode to husle mid twynigendum mode. ⁊ Grego-

quod passum est mortem, & de morte resurrexit, dehinc nunquam moritur; sed æternum est, & impassibile. Illa Eucharistia temporaria est, non æterna: corruptibilis; eritq; minutim divisibilis: inter dentes manditur, & in * *secessum emittitur: verum tamen erit juxta virtutem* spiritualem *tota in omni parte: multi corpus illud sacrum percipiunt, eritque tamen juxta spirituale sacramentum, in omni parte, totum: licèt aliquot homines* * *minùs participent; haud erit tamen plus virtutis in majori parte, quàm in minori; quoniam in omnibus erit hominibus juxta invisibilem virtutem integra: Sacramentum hoc est* * *arrha & typus; Christi corpus est veritas; arrham hanc* * Sacramentaliter *tenemus, donec ad ipsam veritatem veniamus; atque tunc hæc arrha erit consummata. Est quidem, sicut antè diximus, Christi corpus, ejúsq; sanguis;* * non CORPORALITER, *sed* SPIRITUALITER. *Nè disputetis, quî hoc fieri posset, sed quòd ità fiat, vestra in fide teneatis: Legimus in isto libro qui* vita patrum *dicitur, quòd duo Monachi* * *visionem aliquam de sacra Eucharistia à Deo rogaverint: & post finitam precem se missæ sistebant: tunc videbant puerulum jacentem in altari, ad quod presbyter Missam peregit: Angelus autem Dei cum* * *enchiridio adstitit expectans, donec presbyter Eucharistiam illam frangeret: tunc puerulum illum angelus in patinam discerpsit: ejúsque sanguinem in calicem fudit: illi autem denuò ad Eucharistiam aggressi, tunc in* * *panem & vinum mutabatur: illud autem gustabant; gratias Deo pro visione agentes. Sanctus quoque Gregorius à Christo petiit, ut cuidam fœminæ de Sacramento ejus dubitanti, visionem magnam ostenderet: Eucharistiam mente dubitante adiit: Gre-*

* Matt. 15. 17.

* *Sax.* minorem partem.

* Nota.

* *sc.* res ipsa.

* Nota.

* Isti ætati ignoscendum, visiones flagitanti.

* *Sax.* Gladio manuali.

* Contra transsubstantiationem, non ait, in naturalem carnem Christi, & sanguinem; sed in panem & vinum.

Gregorius begeat æt Gode wærrihte ꝥ him bam wearþ ætewed seo snæd ðæs husles. ðe heo ðicgan sceolde. swylce ðær læge on þam disce anes fingres liþ eall geblodgod. ⁊ ðær wifes twynung wearþ ða gerihtlæced ⁊ Uton nu gehyran ðæs Apostoles word embe ðas gerynu ⁊ Paulus se Apostol cwæþ be ðam ealdan folce Israhel. ðus writende on his pistole to geleaffullum mannum ⁊ Ealle ure forþ fæderas wæron gefullode on wolcne. ⁊ on sæ. ⁊ ealle hi eton ðone ylcan gastlican mete. ⁊ ealle hi druncon ðone ylcan gastlican drenc ⁊ hi druncon soþlice of æfter filigendan stane. ⁊ se stan wæs Crist ⁊ Næs se stan ðe ꝥ wæter þa offleow lichamlice Crist. ac he getacnode Crist ðe clypode þus to eallum geleaffullum mannum. swa hwam swa ðyrste cume to me ⁊ drince. And of his innoþe fleowþ liflic wæter ⁊ Ðis he sæde be þam halgan gaste ðe ða underfengon. ðe on hine gelyfdon ⁊ Se Apostol Paulus cwæþ ꝥ ꝥ Israhela folc æte þone ylcan gastlican mete. ⁊ drunce þone ylcan gastlican drenc. forþan þe se heofenlica mete þe hi æton feowertig geara. ⁊ ꝥ wæter þe of ðam stane fleow. hæfde getacnunge Cristes lichaman. ⁊ his blodes. þe nu beoþ geoffrode dæghwomlice on Godes cyrcan ⁊ Hit wæron þa ylcan þe we nu offriaþ. na lichamlice ac gastlice ⁊ We sædon eow hwene ær ꝥ Crist halgode hlaf ⁊ win ær his þrowunge to husle. ⁊ cwæþ. Ðis is min lichama. ⁊ min blod ⁊ Ne þrowode he ða gyt. ac swa þeah he awende þurh ungesewenlicere mihte þone hlaf to his agenum lichaman. ⁊ ꝥ win to his blode. swa swa he ær dyde. on ðam westene ærþan ðe he to men geboren wurde. ða

gorius autem à Deo statim ibi obtinuit, ut illorum utrique hujus Eucharistiæ particula, quam debuit illa gustare, monstraret; quasi * *digiti cujusdam minutia, omni ex parte, cruentata in patina jacuisset: fœminæ autem dubitatio statim sanabatur. Apostoli modò sermonem de hoc Sacramento audiamus: Paulus Apostolus de antiquo populo Israelis dixit, in Epistola sua ad homines fideles, sic scribens.* Omnes majores nostri in nube, & in mari baptizati sunt, & omnes eandem escam spiritualem manducarunt; & omnes eundem potum spiritualem biberunt: bibebant quidem de consequente petra: Petra autem erat Christus. *Non erat* petra *illa, unde tunc fluxit aqua, Christus* corporaliter, *sed Christum* significabat, *qui fidelibus omnibus sic annuntiabat.* Quicunque sitit, veniat ad me, & bibat; & de ventre suo aqua viva manabit. *Hoc dixit de* Spiritu sancto *quem acceperunt ii qui in illum* crediderunt. *Apostolus Paulus dixit, quòd populus Israelis* eandem escam spiritualem manducaverit: & eundem potum spiritualem biberit: *quoniam esca cœlestis quæ per annos quadraginta illos cibavit; & aqua illa quæ de petra fluxit,* significationem *habuerant* corporis Christi, *&* sanguinis; *quæ nunc quotide in ecclesia Dei* * *offeruntur. Eadem erant quæ nos hodie offerimus;* non CORPORALITER sed SPIRITUALITER, *antea aliquando vobis diximus, quòd Christus panem & vinum ante passionem suam, in Eucharistiam consecraverit, & dixerit;* Hoc est corpus meum, & sanguis meus: *non passus est adhuc, verùm tamen panem illum in corpus ejus proprium, & vinum illud in sanguinem suum per invisibilem virtutem* * *mutavit; prout ante fecit in deserto, priusquam in hominem nascebatur, quan-*

* Gregorio & fœminæ.

* Εὐχαριστικῶς.

* Mutavit spiritualiter, non transubstantiavit corporaliter.

ða he awende ðone heofenlican mete to his flæsce. ⁊ ꝥ flowende wæter of ðam stane to his agenum blode; Fela manna æton of ðam heofonlican mete on ðam westene. ⁊ druncon ðone gastlican drenc. ⁊ wurdon swa ðeah deade. swa swa Crist sæde; Ne mænde Crist þone deaþ ðe nan mann forbugan ne mæg. ac he mænde ðone ecan deaþ. ðe sume of ðam folce for heora geleafleaste geearnodon; Moyses ⁊ Aaron. ⁊ manega oþre of ðam folce ðe Gode gelicodon. æton ðone heofenlican hlaf. ac hi næron deade þam ecum deaþe. þeah þe hi gemænum deaþe forþferdon; Hi gesawon ꝥ se heofonlica mete wæs gesewenlic. ⁊ brosniendlic. ac hi understodon gastlice be ðam gesewenlican ðinge. ⁊ hit gastlice ðigdon; Se Hælend cwæþ. se ðe et min flæsc. ⁊ drincþ min blod. he hæfþ ece lif; Ne het he etan þone lichaman. ðe he mid befangen wæs. ne ꝥ blod drincan. þe he for us ageat. ac he mænde mid þam worde ꝥ halige husel. þe gastlice is his lichama ⁊ his blod. ⁊ se þe þæs onbyrigþ mid geleaffulre heortan. he hæfþ ꝥ ece lif; On ðære ealdan æ geleaffulle menn offrodon Gode mislice lac. ðe hæfdon towearde getacnunge Cristes lichaman ðe he sylf for urum synnum syþþan geoffrode his heofonlican fæder to onsægednysse; Witodlice þis husel þe nu biþ gehalgod æt Godes weofode. is gemynd Cristes lichaman ðe he for us geoffrode. ⁊ his blodes þe he for us ageat. swa swa he sylf het. Doð ðis on minum gemynde; Ene þrowade Crist ðurh hine sylfne. ac swa ðeah dæghwomlice biþ his ðrowung geedniwod ðurh gerynu ðæs halgan husles æt ðære halgan mæssan; For

do escam cælestem in carnem suam & aquam illam de petra fluentem, in proprium ipsius sanguinem mutaverat: Multi homines de esca cælesti in deserto manducarunt, & de potu spirituali biberunt; erántque tamen sicut Christus dixit, mortui: non intellexit Christus mortẽ illam, quam nemo hominum poterit diffugere; æternam verò mortem intellexit, quam de illo populo aliquot pro infidelitate sua promeruerunt. Moses & Aaron, multíque de populo alii qui Deo placebant, panem illum cælestem manducarunt; illam verò mortem æternam non obierunt; quamvis communi morte interierant: viderant illi visibilem fuisse illam escam cælestem, & corruptibilem: verùm intellexerant spiritualiter de re illa visibili, illámque spiritualiter gustaverant. Jesus dixit, Qui carnem meam manducaverit, & sanguinem meum biberit, æternam vitam habebit: non jussit corpus illud quod assumpsit manducare; nec sanguinem illum quem pro nobis fudit, bibere: sed per sermonem illum, sacram illam Eucharistiam intellexit, quæ spiritualiter corpus suum, & sanguis suus exsistit: & quisquis hanc fideli corde gustaverit, vitam illam æternam habebit: in veteri Lege homines fideles varias Deo immolarunt hostias, quæ futuram significationem habuerunt corporis Christi, quod ipse pro peccatis nostris patri cælesti suo in sacrificium obtulit. Hæc quidem Eucharistia quæ nunc ad altare Dei consecratur, est * commemoratio corporis Christi quod pro nobis obtulit; & sanguinis sui quem pro nobis fudit. Sicut ipse jussit, Hoc facite in mei memoriam. Christus semel per seipsum passus est. Veruntamen passio sua per sacra hujus Eucharistiæ Sacramentum, ad Missam sacram illam quotidie* renovatur.

* ἀνάμνησις. 1.Cor. 11. 24, 25. Vide de S. Oswaldo, p. 164.

* Cl. Calvinus Instit. 4. cap. 17. Sect. 1 Fœdus sanguine semel sancitũ, quotidie RENOVAT, vel potiùs CONTINUAT.

ði fremað seo halige mæsse micclum ge ðam libbendum. ge ðam forðfarenum. sƿa sƿa hit for oft gesputelod is. Us is eac to smeagenne. þ þ halige husel is ægðer ge Cristes lichama. ge ealles geleaffulles folces. æfter gastlicre gerynu. Sƿa sƿa se ƿisa Augustinus be ðan cƿæð. Gif ge ƿillað understandan be Cristes lichaman. gehyrað ðone Apostol Paulum þus cƿeðende. Ge soþlice sindon Cristes lichama. ⁊ leomu. Nu is eoƿer geryne geled on Godes mysan. ⁊ ge underfoð eoƿer gerynu to þan ðe ge sylfe sind. Beoð þ þ ge geseoð on ðam ƿeofode. ⁊ underfoð þ þ ge sylfe sind. Eft cƿæð se Apostol Paulus be ðisum. ƿe manega syndon an hlaf. ⁊ an lichama. Understandað nu. ⁊ blissiað. fela sind an hlaf. ⁊ an lichama on Criste. He is ure heafod. ⁊ ƿe sind his lima. Ne bið se hlaf of anum corne. ac of manegum. Ne þ ƿin of anre berian. ac of manegum. Sƿa ƿe sceolon eac habban annysse on urum Drihtne. sƿa sƿa hit aƿriten is be þam geleaffullan ƿerode. þ hi ƿæron on sƿa micelre annysse. sƿilce him eallum ƿære an saƿul. ⁊ an heorte. Crist gehalgode on his beode ða gerynu ure sibbe. ⁊ ure annysse. Se ðe underfehð þære annysse gerynu. ⁊ ne hilt þone bend ðære soþan sibbe. ne underfehð he na gerynu for him sylfum. ac gecyðnysse togeanes him sylfum. Micel god bið Cristenum mannum. þ hi gelome to husle gan. gif hi unscæððignysse on heora heortan berað to þam ƿeofode. gif hi ne beoð mid leahtrum ofsette. Ðam yfelan men ne becymð to nanum gode. ac to forƿyrde. gif he þæs halgan husles unƿurþe onbyrigð. Halige bec beodað þ man gemæncge ƿæter to þam ƿine þe to husle sceal. forþan

ðe

Sacra Missa ob id multùm proderit cùm vivis, tum quoque defunctis sicut antè sæpiùs ostensum est: nobis etiam considerandum est, quòd sacra illa Eucharistia sit & corpus Christi, & populi fidelis juxta spirituale sacramentum, prout de hoc dixit sapiens Augustinus: Si [quid] de Christi corpore intelligere velitis, Apostolum Paulum sic loquentem audiatis: Vos quidem Christi corpus & membra estis: *nunc Sacramentum vestrum in mensa Dei apponitur, vestrúmque Sacramentum in id quod estis, vos accipitis. Estote vos, quod in altari videtis: & quod vos estis accipite: rursus Apostolus Paulus de hoc dixit,* Nos multi panis unus, unúmque corpus sumus: *intelligite modò & gaudete: multi sunt panis unus, unúmque corpus in* * *Christo: ille caput nostrum; & nos ejus membra sumus: panis non de uno, sed de multis granis exsistit: nec vinum illud de una uva, sed de multis: Nos quoque in* Domino *nostro oportet habere* unitatem, *sicut de fidelium cætu scriptum est, quòd in tanta essent unitate, quasi* una omnibus illis anima, & cor unum exstitisset. *Christus in mensa sua Sacramentum nostræ pacis nostræque unitatis consecravit: qui sacramentum unitatis suscipit, & vinculum pacis vera non tenet; non pro se sacramentum, sed contra se testimonium sumit: multum hominibus Christianis bonum erit, quòd ad Eucharistiam crebrò accedant, si innocentiam in cordibus suis ad altare afferant; modò ne sint flagitiis cooperti. Malis hominibus non in bonum, sed in perniciem veniet, si hanc Eucharistiam indignè gustaverint.* * *Sacri libri jubent, ut homines aquam vino quòd debetur Eucharistiæ, commiscerent; aqua enim illa*

* *Unitatem Ecclesia suam à Christo solo, non à Petro, sumit.*

* *Non sacræ Scripturæ.*

de þ wæter hæfþ ðæs folces getacnunge. swa swa þ win Cristes blodes; ⁊ forþi ne sceal naðor buton oþrum beon geoffrod æt ðære halgan Mæssan. þ Crist beo mid us. ⁊ we mid Criste. þ heafod mid ðam leomum. ⁊ ða leomu mid ðam heafde; We woldon gefyrn trahtnian be ðam lambe ðe se ealde Isrl. æt heora Eastertide geoffrodon. ac we woldon ærest eow gereccan ymbe ðas gerynu. ⁊ syþþan hu hit man ðicgan sceal; þ getacnigendlice lamb wæs geoffrod æt heora Eastertide. ⁊ se Apostol Paulus cwæþ on ðisum dægþerlicum pistole. þ Crist is ure Eastertid. se þe for us wæs geoffrod. ⁊ on ðisum dæge of deaþe aras; Isrl. ðigde ðæs lambes flæsc. swa swa God bebead. mid ðeorfum hlafum. ⁊ feldlicum lactucum. ⁊ we sceolon þicgan þ halige husel Cristes lichaman. ⁊ his blod buton beorman yfelnysse. ⁊ manfulnysse; Swa swa se beorma awent ða gesceafta of heora gecynde. swa awendaþ eac leahtras ðæs mannes gecynd fram unscæþþignysse to gewemmednysse; Se Apostol tæhte þ we sceoldon wistfullian na on yfelnysse beorman ac on ðeorfnyssum syfernysse. ⁊ soþfæstnysse; Lactuca hatte seo wyrt ðe hi etan sceoldon mid ðam ðeorfum hlafum. heo is biter on ðigene; ⁊ we sceolon mid biternysse soþre behreowsunge ure mod geclænsian gif we willaþ Cristes lichaman þicgan; Næs þ Israhela folc gewunod to hreawum flæsce. þeah þe God him bebude. þ hi hit hreaw ne æton. ne on wætere gesoden. ac gebræd to fyre; Se wile ðicgan Godes lichaman hreawne. se þe buton gesceade wenþ þ he wære anfeald man us gelic. ⁊ nære God; ⁊ se þe æfter menniscum wisdome wyle smeagan ymbe

populi, sicut vinum illud, sanguinis Christi significationem habet. Nec ob id alterum sine altero ad sacram missam offerri debuit; ut nobiscum Christus, & cum Christo nos unà essemus: ut cum membris caput, & cum capite membra. Dudum voluimus de agno illo [quid] tractare, quem antiquus Israel, tempore suo Paschali obtulerunt: verùm prius vobis, de hoc Sacramento exponere, nobis visum est. Et postea, qui illud quisque gustaret: Typicus ille agnus, illorum tempore Paschali offerebatur: & Apostolus Paulus in hac Epistola hodierna dixit; quòd Christus sit Pascha nostrum, *qui pro nobis immolabatur: hoc autem die, de morte resurrexit. Israel carnem hujus agni, ut imperavit deus,* cum* azymis gustavit, sylvestribúsque lactucis: *nos quoque sacram illam Christi corporis Eucharistiam, & sanguinem suum absque fermento malitiæ, & sceleris gustare debemus: sicut fermentum mutat creaturam de natura sua; sic flagitia naturam hominis ab innocentia mutant in vitiositatem. Docuit Apostolus,* oportere nos epulari non in malitiæ fermento; sed in azymis sinceritatis & veritatis: *Lactuca, herba dicitur, quam cùm azymis debuerant manducare: gustu amara est: mentem autem nostram per veri luctûs amaritudinem, purgare debemus; si corpus Christi velimus degustare: Populus ille Israelis haud erat cruda carni assuetus, quamvis Deus illis præcepit, nè illam crudam, neque aquâ coctam, sed assam igne manducarent: Hic, corpus Dei gustare crudum volet, quisquis absq;* distinctione *putaverit* **nudum illum hominem nobis similem, neque Deum unquam fuisse. Et qui juxta sapientiam humanam de mysterio incarnationis Christi disputare volue-*

* *Sax.* panibus puris, simplicibus.

* Sax. *simplicem.*

be

be ða gerynu Cristes flæsclicnysse. he deþ swylce he seoþe ðæs lambes flæsc on wætere. forþan ðe wæter getacnaþ on ðyssere stowe mennisc ingehyd; Ac we sceolon witan þ ealle ða gerynu Cristes menniscnysse wæron gefadode þurh mihte þæs halgan Gastes. ðonne þicge we his lichaman gebrædne to fyre. forþan ðe se halga Gast com on fyres hiwe to þam Apostolum on mislicum gereordum; Isral' sceolde etan þæs lambes heafod. & ða fet. & þ innewearde. & ðær nan ðing belifan ne moste ofer niht; Gif ðær hwæt belife. forbærnan þ on fyre. & ne tobræcon ða ban; Æfter gastlicum andgite we etaþ ðæs lambes heafod. ðonne we underfoþ Cristes godcundnysse on urum geleafan; Æft ðonne we his menniscnysse mid lufe underfoþ. ðonne ete we þæs lambes fet. forþan ðe Crist is angin & ende. God ær ealle worulda. & man on ðissere woruldе geendunge; Hwæt is ðæs lambes innewearde buton Cristes digelan bebodu. ða we etaþ þonne we lifes word mid grædignysse underfoþ; Nan þing ne moste ðæs lambes belifan oþ merien. forþan ðe Godes cwydas sind to smeagenne mid swa micelre carfulnysse. swa þ ealle his beboda mid andgite & weorce beon asmeade on nihte ðises andweardan lifes. ærþan þe se endenexta dæg ðæs gemænelican ærystes æteowige; Gif we þonne ealle þa gerynu Cristes flæsclicnysse þurhsmeagan ne magon. þonne sceole we þa lafe betæcan þæs halgan Gastes mihte mid soþre eadmodnysse. & na to dyrstelice ymbe ða deopan digelnyssa ofer ures andgytes mæþe smeagan; Hi æton þ lamb mid begyrdum lendenum; On lendenum is seo galnys ðæs lichaman. & se þe wyle þ husel ðicgan he sceal gewrydan ða galnysse. &

rit, haud secus facit ille, atque si hujus agni carnem aquâ decoxerit; quoniam aqua, hoc in loco, mentem significat humanam: nosse autem debemus, quòd totum Christi humanitatis mysterium, Spiritûs S. virtute illustratum sit. Nos tum igne assum corpus ejus gustamus; quoniam Spiritus S. in forma ignis, ing linguis variis ad Apostolos venit. Israel manducaret hujus agni caput, pedésque, & illud intestinum; nihilque ibi post noctem relinqueret: si quid ibi reliquerit, igne combureret; atque os non frangeret. Juxta spiritualem intellectum, agni hujus caput manducamus, cùm divinitatem Christi in fidem nostram suscipiamus: tum deinde, quando humanitatem ejus suscipiamus per charitatem, tum agni hujus pedes manducamus: Christus enim principium & finis est: Deus ante omne seculum, & homo in hujus seculi fine. Quid est agni hujus intestinum, nisi arcana Christi præcepta? Hæc manducamus, cùm verbum vitæ per aviditatem suscipiamus. Nihil hujus agni usque mane debuit esse residuum: quoniam sermones Dei tantâ cum solicitudine perpendendi sunt, ità ut cuncta ejus præcepta per intellectum, & opus in nocte præsentis hujus vitæ disquirantur, priusquam ultimus dies hujus communis resurrectionis comparuerit. Sin verò totum incarnationis Christi mysterium perscrutari haud possimus; tum nos virtuti Spiritûs S. cum verâ humilitate commendemus residuum; neque nimis audacter de profundo illo arcano ultra intellectûs nostri modulum disputemus. Agnum illum renibus accinctis comederant: in renibus corporis est lascivia: qui autem Eucharistiam gustare volet, comprimat la-

mid clænnysse ða halgan þigene onfon; hi wæron eac gesceode; Hwæt sind gescy buton deadra nytena hyda; We beoþ soþlice gesceode. gif we geefenlæcaþ mid urum færelde 7 weorce forþfarenra manna lif. Ðæra ðe Gode geþugon þurh gehealtsumnysse his beboda; Hi hæfdon him stæf on handa æt þære ðigene; Se stæf getacnaþ gymene. 7 hyrdrædene; Ða he bet cunnon 7 magon. sceolon gyman oþra manna. 7 mid heora fultume underwriþian; Ðam gemettum wæs beboden þ hi sceoldon caflice etan. forþan ðe God onscunaþ ða sleacnysse on his ðegnum. 7 ða he lufaþ ðe mid modes cafnysse þæs ecan lifes myrhþe secaþ; Hit is awriten. Ne elca þu to gecyrrenne to Gode. þy læs þe se tima losige þurh þa sleacan elcunge; Ða gemettan ne moston ðæs lambes ban scænan. ne ða cempan ðe Crist ahengon ne moston tobræcan his halgan sceancan. swa swa hi dydon þæra twegra sceaþena. Se him on twa healfa hangodon. ac Drihten aras of deaþe gesund buton ælcere forrotodnysse; And hi sceolon geseon æt ðam micclan dome hwæne hi gewundodon wælhreawlice on rode; Ðeos tid is gehaten on Ebreiscum gereorde Pasca. þ is on Leden Transitus. 7 on Englisc Færeld. forþan þe on ðisum dæge ferde Godes folc fram Egypta lande ofer ða readan sæ. fram ðeowte to ðam behatenan earde; Ure Drihten ferde eac on ðisne timan. swa swa se Godspellere Johs. cwæþ. fram ðisum middan earde to his heofonlican fæder; We sceolon fyligan urum heafde. 7 faran fram deofle to Criste. fram þissere unstæþþigan worulde. to his staþelfæstan rice. ac we sceolon ærest on urum andweardan life faran fram leahtrum

sciviam; gustúmque illum sacrum cum puritate suscipiat. Erant quoque calceati; calcei quid sunt, præter jumentorum inanimatorum pelles? & calceati quidem sumus, si profectu nostro & opere, hominum defunctorum vitam assimulemus illorum, qui Deo, per præceptorum suorum observantiam, servierunt. Baculum sibi in manibus inter gustandum habuerunt: baculus curam significat & pastorale consilium: qui meliùs norunt & possunt, alios debent homines curare, & ipsorum auxilio suffulcire: convivis præcipiebatur ut manducent festinanter. Deus enim tarditatem in servis suis oderit: illos autem amat, qui ad eum festinando æternæ vitæ gaudium quærunt. Scriptū est, Ad Deum converti nè procrastines; *nè tempus tardâ procrastinatione pereat: haud debent convivæ os agni hujus frangere; neque milites qui Christum suspenderant, sacram ejus tibiam confringere; prout latronum utriusque istorum, qui ad latus ei utrumque suspendebantur. Christus verò ab omni corruptione integer à morte resurrexit. Illúmque in magno illo judicio quem in cruce crudeliter vulnerabant, contemplabuntur. Tempus hoc in lingua Hebraica vocatur* Pascha; *quod est Latinè* Transitus, *& Anglicè* færelð, ** quoniam hodierno die populus Dei à terra Ægypti per rubrum mare, à servitute ad terram promissam* Transivit. *Noster autem Dominus hoc tempore (sicut Johannes Evangelista dixit,) ab hoc mundo ad* Patrem suum cœlestem transivit: *Nos caput nostrum sequi debemus, & à diabolo ad Christum, ab hoc mundo instabili, ad stabilissimum regnum suum* transire. *Verùm primò oportet in vita præsenti nostra, à flagitiis ad sanctas virtutes* transire; *à vitiis ad*

* Exod. 12. 51. sed vide vers. 11, 12, 13, 23, 27.

to

to halgum mægnum. Fram unþeawum to godum þeawum gif we willaþ æfter þisum lænan life faran to þam ecan. æfter urum æriste to Hælende Criste; he us gelæde to his lifigendan Fæder. Se hine sealde for urum synnum to deaþe; Sy him wuldor ⁊ lof. ðære wældæde on ealra worulda worulde. Amen.

bonos mores, si post hanc vitam fragilem TRANSIRE *velimus ad sempiternam & post resurrectionem nostram ad Christum Jesum:* Ille *nos ducat ad cælestem Patrem suum; qui* illum *pro peccatis nostris morti tradidit:* Illi *pro hoc beneficio sit honor & gloria in omnia secula seculorum. Amen.*

Vetus hæc veteris Romano-Saxonicæ Ecclesiæ doctrina de Eucharistia, veram veri corporis & sanguinis Christi in Eucharistia præsentiam, non* corporalē, *sed* spiritualē *fidelibus proponit. Non ponit Transubstantiationē* signorum *in ipsas res* signatas, *aut* signandas: *non transmutationē, nescio quam, elementarem: sed* mutationem* sacramentalem *&* spiritualem. *Hinc veteri doctrinæ (pro qua defendenda tot Christi pugiles nobilissimi tot Episcopi, & Pastores mortem hîc in Britannia, & per mundum passim oppetierunt;) scuticam tortuosam, ad torturas nefandas confictam & confectam carnifices opposuerunt. Vide apud Cl. Jo. Foxum Martyrologum, tom. 2. scuticam sex chordarum, quarum prima erat: quam sic Latinè do, viz.*

* Vide etiam pag. 332.

* pag. 470. lin. 3.

Articulus primus in hoc præsenti Parliamento, cui concordes assentiebātur, hic fuit. Quòd in beatissimo altaris Sacramento, virtute, & potentis verbi Christi à sacerdote prolati efficaciâ, præsens sit realiter, sub forma panis & vini naturale corpus & sanguis Servatoris nostri Jesu Christi, de virgine Maria concepti, & quòd post consecrationem nulla panis & vini substantia, vel alia quæpiam substantia, præter Christi, Dei & hominis substantiam remaneat. Sed Martyres Mariani (repudiatâ novâ hostiâ, retentâque veteri, & verâ & æternâ, corpore scil. & sanguine Christi, juxta veteris Ecclesiæ intellectum) seipsos in hostiam incendiis, & suspendiis variis, nefariè excogitatis objecerunt: Tutissimum ergò erit, in tradendis doctrinis Ecclesiæ, vocibus sanis, priscis, & è fonte Scripturarum petitis uti, nè si quando à veritate & unitate Catholicæ fidei imprudenter decedant, qui se doctores esse velint; ipsam novis commentis & tormentis suis sponsam Christi impudenter lacerent, immaniter cruentent, & claves regni cælorum (quas S. Petro, & sibi post Petrum solis dari falsò jactant) intemperanter torqueant, atque impiè abutantur.

Cap. 23.

Ut Hiienses Monachi, cum subjectis sibi monasteriis, canonicum, prædicante Ecgberehto, celebrare Pascha cœperint.

Nu wæs ða æfter miclum fæce þæt eac swylce ða munecas Scotta cynnes ða ðe Hii þæt ealond eardedon ⁊ beeodan. mid þam mynstrum ðe him underðeodde wæron. to regollicum þeawe rihtra Eastrena ⁊ scyre ðurh Drihtnes gyfe gelædde wæron; Wæs ymb seofon hund wintra ⁊ syxtene fram Drihtnes menniscnesse ðy geare Osred se cyning wæs ofslægen. ⁊ Cynred æfter him ða steore onfeng Norþanhymbra rices; Ða com on Hii þæt ealond of Hibernia Gode se leofa fæder ⁊ sacerd. ⁊ mid ealle are to ni-

Nec multò pòst illi quoq; qui insulam Hii incolebant monachi Scoticę nationis, cum his quæ sibi erant subdita monasteriis ad ritum Paschę ac tonsuræ canonicum, Domino procurante, perducti sunt. Siquidem anno ab incarnatione Domini septingentesimo sexto decimo, quo Osredo occiso, Coenred gubernacula regni Northanhymbrorum suscepit; cùm venisset ad eos de Hibernia, Deo amabilis, & cum omni honorificentia nominandus,

Ecgbyrht se halga ðær we beforan gelomlice gemyngedon. and he arwurðlice mid micle gefean fram him onfangen wæs. forðon he wæs se swetesta lareow and se wynsumesta and ðara ðinga ðe he oðre lærde to donne he sylfa wæs se wilsumnesta *fyllend and læstend. and lustlice fram him eallum gehyred wæs. and he on wende mid his arfæstum trymenessum and geornfulnesse ðone ealdan ðeaw. and gesetnysse heora ealdra be ðam mæg ꝥ Apostolice word cweden beon. ꝥ hi hæfdon Godes ellnunge ac na æfter wisdome. and he hi ðy Afrikan ðeawe monade and lærde. ꝥ hi wa weorðunge wære mæstan symbelnesse swa swa we cwædon. ðæt we heoldan and dydon under bycnunge ðær ecan *biges; wæs ꝥ mid wunderlicre stihtunge wære godcundan arfæstnesse swa geworden. ꝥ forðan seo ðeod wone wisdome ðe heo cuðe ðære godcundan cyððe lustlice butan æfeste Angel folcum cyðde. and gemænsumede. hi ða swylce æfter fæce ðurh Angel ðeode. on ðam ðingum ðe hi *won hæfdon. and to fulfremedum gemete rihtes lifes becom; Swa swa Brittas wiððon ðe næfre woldon ða cyððo ðæs Cristenan geleafan ðe hi hæfdon Angel cynne openian and cyðan; Ond ða gelyfendum eft Angel folcum and ðurh eall well ontimbredum and gelæredum on weogole rihtes geleafan. hi nu gyt heora ealdan gewunon healdað. and fram rihtum wegum healtiað. and heora heafod ywað butan ege Scē. Petres sceare and Cristes symbelnesse rihte Eastran butan geðeodnesse ealra Godes cyricena healdað and weorðiað; Ða onfengon Hii seuena munecas ðurh Ecgbyrhtes lare. riht gelyfede ðeawas on to lifianne under Dunchade ðam Abbude æfter hund eahtatigum wintra ðæs ðe hi sendon Aidan ðone B. Angel ðeode to lareowe ;

* fyl-gend. B. & C.

* beages B.

* wana. B.

pater ac sacerdos Ecgberht (cujus superiùs memoriam sæpiùs fecimus) honorificè ab eis & multo cum gaudio susceptus est. Qui quoniam & doctor suavissimus, & eorum quæ agenda docebat erat executor devotissimus, libenter auditus ab universis, immutavit piis ac sedulis exhortationibus inveteratam illam traditionem parentum eorum, de quibus Apostolicum illum licet proferre sermonem; *Quòd æmulationem Dei habebant, sed non secundùm scientiam*. Catholicóque illos atque Apostolico more celebrationem (ut diximus) præcipuæ solennitatis sub figura coronæ perpetuæ agere perdocuit. Quod mirâ divinæ constat factum dispensatione pietatis, ut quoniam gens illa quam noverat scientiam divinæ cognitionis, libenter ac sine invidia populis Anglorum communicare curavit; ipsa quoque postmodum per gentem Anglorum in eis, quam minùs habuerat, ad perfectam vivendi normam perveniret. Sicut è contra Britones, qui nolebant Anglis eam quam habebant fidei CHRISTIANÆ notitiam pandere, credentibus jam populis Anglorum & in regula fidei Catholicæ per omnia instructis, ipsi adhuc inveterati & claudicantes à semitis suis, & capita sine corona prætendunt; & solennia Christi sine Ecclesiæ Christi societate venerantur. Susceperunt autem Hiienses monachi, docente Ecgberchto, ritus vivendi catholicos, sub Abbate *Duunchado, post annos circiter octoginta, ex quo ad prædicationem gentis Anglorum Aidanum miserant antistitem.

* Dunchado. T. & W.

ore. ⁊ Wunode se Godes wer Ecg-
byrht xiii. wintra on þam ea-
londe þæt he sumre niwre gyfe
lihtendre þære cyriclican gefe-
ordnesse ⁊ sibbe gehalgode. ⁊
æfter feowon hund wintra ⁊ ni-
gon ⁊ twentigum. æfter þære
Drihtenlican mennisnesse. þy
geare þa mæssad wæs. ⁊ weor-
ðod se Drihtlice Eastor dæg. þæt
wæs þy eahtategeþan dæge Kl' ba-
